



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

nit, cunctis stupentibus à loco illo exiliens sanus. Huius rei tot hodieque testes existant, quot tum spectatores interfueré. Luctus igitur repente in gaudium mutatur, Godfridi nomen & meritum ab omnibus in cælum tollitur. Inde tumulatum est sacerdotum beati viri corpus, quod, teste Christo, ab ipso matris vtero ab omni pollutionis labore immune compemus.

S. Godefridus  
dus perpe-  
tuò manat  
virgo.

## De quodam presbytero liberato. Cap. 27.

**S**acerdos quidam apud Sueções degens, ab Episcopo Lysiardo, neficio quam ob causam adeo infestabatur, ut tota ferè prouincia exturbaretur. In magnas igitur angustias coniectus, nec villam euadunt viam reperiens, venit ad Robertum presbyterum, natione Nortmannum, exponit ei quid patiatur ab Episcopo, petit consilium. Abi, inquit ille, ad beatorum Crispini & Crispiniani martyrum ecclesiam, prosterne coram monumento illustris præsulis Godefridi, nec dubites te exauditum iri. Ego quoquā vñā tecum ibo. Eunt igitur, & cum multa deuotione lacrymabundi, diù in preces incumbunt. Iis finitis recedunt, & sacerdos deinceps vixit fecurus. Excessit è viuis piissimus Ambianensem pastor Godefridus, vii iam ante diximus, sexto Idus Nouembris, hora diei nona, anno sacerdotij sui undecimo, etatis quinquagesimo, regnante Ludouico, Philippi Francorum Regis filio, anno regni eius decimo octavo : incarnati autem Verbi millesimo centesimo decimo octavo. Porro anno Christi millesimo centesimo tricessimo octavo, Nonis Aprilis translatum est venerabile corpus Deo digni præsulis Godefridi à sancti corporis eius. \*Goflano, Sæcessionis Episcopo, & ante sumمام aram sub testudine honorifice re- \*Iefeno conditum : ubi etiam Christus vota supplicum exaudit : cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

## DE SANCTO VRSINO PRIMO EPI-

SCOPO BITVRICENSI ET CONFES-

fore. Ex Gregorio Turonensi, De Gloria Confessorum, Cap. 80.

**B**ITVRIGA vrbis primū à sancto Vrsino, qui à discipulis Apostolorum Episcopus ordinatus, in Gallias destitutus est, verbum salutis accepit, atque Ecclesiam Bituriensem primū instituit, rexisque, qui migrans à seculo, in campo inter reliqua sepulcrula populorum sepulta locatus est. Non enim adhuc populus ille intelligebat sacerdotes Domini venerari, eisque reverentiam debitam exhibere. Vnde factum est, ut in crescente terra, plantata desuper vinea, omnem memoriam de primo vrbis sacerdote conuelleret, & usque ad tempus illud, quo Probianus Episcopus eius vrbis est subrogatus, nullus de eo sermo haberetur.

Nouēbris, S. Vrsinus  
primus Biturigus Episcopus.

Fuit autem quidam Augustus nomine, de domo Desiderati quondam Episcopi: Item Desideratus. cuius manus ac pedes ita contracti erant, ut non aliter nisi de geniculis atque cubitis sustentaretur, si aliquod processurus vellet incedere. Is, inspirante Deo, de elemosynis deuotorum, apud Bras vicum in honore sancti ac beatissimi Martini antistitis, oratorium adificauit: cuius cùm in ipsum reliquias detulisset, statim directis membris sanus effectus est. Deinde collectis secum paucis monachis, sub regula monasterij degens, semper orationi vacabat. Vnde factum est, ut in sequenti accessu ab Epiloco, Abbas ordinareret in basilica sancti Symphoriani, quam memoratus pontifex fabricauerat ante conspectum muri Biturigi. Nec tamen monachos, quos prius congregauerat, relinqens, sed instituens eis Præpositum, ipse utrasque cellulas gubernabat. Denique cùm apud hanc basilicam moraretur, apparuit ei sanctus Apparet S. Vrsinus, per visum noctis, dicens: Defossa humo, require corpusculum meum. Ego Vrsinus Aueniūsum Vrsinus, huius vrbis primus Episcopus. Qui ait: Quò ibo, aut vbi queram baci. sepulcrum tuum, cùm ignorem locum, vbi sis positus? At ille apprehendens eius manum, duxit ad locum, & ait: Sub harum vitium radicibus corpus meum habetur. Expergefactus Abbas, narravit hæc sacerdoti suo: sed ille paruppendens quæ à sacerdoti, presb. i. Episcopo.

JURUS

gōd  
Johner

RVIII.

5

presbytero dicebantur, nullum inquirendi studium posuit. Intercā beatus Germanus Parisiacae vrbis Episcopus adfuit, suscepitusque ab Episcopo, post coenam dominis Ecclesiasticae, cūm se sopori dedisset, apparuit utriusque per visum, Episcopo simul factice & Abbatii: duxitque eos ad locum sepulcri, deprecans ut auferrent eum à loco illo. Expergefacti, simul ad vigilias conueniunt in ipsam sancti Symphoriani basilicam: explicitisq; officijs matutinis, referat Episcopus Abbatii, quæ viderat, confessio-que est & ipse vidisse similiter. Igitur insequenti nocte accedentes illuc cum uno tan-  
tum clericō, qui cereum ferret, venerunt ad indicatum locum: eumque fodiētes  
vlsque in profundum, sepulcrum reperiunt. Quo detecto, amotoque opertorio, vi-  
derunt sanctum corpus tanquam dormientis hominī nulla putredine resolutum.  
Quod admirantes, & iterum componentes, indicāunt Episcopo data die, quæ vide-  
rant. Tunc illi, conuocatis Abbatibus & Clero, cum honore atque psallentio leu-  
auerunt beatum sepulcrum: & quia vestes illi, quibus ferebatur, valde longi erant,  
cūm venissent ad porticum, non poterant destet in ingressu eius, ut ad ostium adi-  
sine labore accederent. Tunc beatus Germanus eleuata voce, ait: Sancte Dei sacre-  
dos, si voluntas tua est in hanc basilicam ingredi, sentiamus leuamen ad iutorij tui, &  
statim amissio pondere, ita in summa leuitate factus est sarcophagus, ut relictis vesti-  
bus, pauci manibus ferrent, quem usque ad locum illum multi detulerant. Et sicc-  
lebratis missis, gaudente populo, iuxta altare sepelitur, multis se deinceps virtutibus  
manifestans.

### IN SANCTVM MARTYREM THEODO- RVM, ORATIO D. GREGORII NYSEN

*Episcopi, Petro Francisco Zino Veronensi interprete. Nos  
eam in capitula distinximus.*

Nouēbris 9.

Cap. 1.  
Iam oīm  
frequenter  
conuentus  
ad tempa-  
in feriis San-  
ctorum.

Cap. 2.

Vide quid  
possint  
sancti.

Cap. 3.

Virtutes Sā  
Clerū imi-  
tandg.

Cap. 4.

**V**OS, Christi gens, greci sancte, regale sacerdotium, quies omnibus vrbis agriquo locis confluxitis, vnde nām accepto profectio[n]is signo tam facilē adducti estis, ut ad sacram hunc locum frequenter conueniretis? Quis huius itineris officiāl ac promptam vobis necessitatē imposuit? præst̄ūtū cūm hyemis tempestas sit, quoquidem tempore & bella quiescent, & omnia milites armā deponunt, & ad fumum nauta gubernacula reclinant, & agriculta boues aratores in stabulo quiescentes alunt?

Ex militaribus profecto recensionibus tuba cecinit sanctus martyr, multosque diuersis è patrijs ad propriam quietis sedem & domum conuocauit, non ad bellicam inuitans expeditionem, sed ad dulcissimam Christianisque maximē conuenientem pacem. Hic enim, ut credimus, & anno superiorē barbarorum tempestatem sedauit, & horribile immanum Scytharum bellum compressit, grauem ipsi, qui iam jamque appropinquare videbantur, terrorem incutens, non galea cristata, nec benē excutio & ad solem fulgentē gladio, sed malorum expultrice omnipotentiq[ue] Cruce Christi, pro quo etiam ipse mortem oppetens, hanc sibi gloriam comparauit.

Quæso autem vos, qui pura huius celebritatis ministri estis, & martyrum studio-  
ni, ut attentos mihi præbentes animos, consideretis, quantum luci iustus hic fecerit, quantaque præmia sit in hoc, inquam, mundo & apud nos affectus. Forum enim præmiorum, quæ non cernuntur, magnitudinem animo complecti nullus posse test. Cumque pietatis fructum cognoveritis, illorum, qui sic honorati sunt, mentem imitemini, eaque munera concupiscatis, quæ Christus certantibus pro cuiusque dignitate distribuit. Ac, si videtur, dum à futuris illis bonis, quæ iustis hominibus, donèc humanæ vita iudex adueniat, spes bona conseruat, perfundis ſeūnsumus, quām præclarus & magnificus sit præsens sanctorum status & conditio, consideremus.

Animus enim ad proprias reuersus sedes, & corpore vacans, cum suū similibus vi-  
uit: Corpus autem caſtum & inuolatum eius instrumentum, nullis proprijs affectio-  
nibus hospitis quandam sui immortalitatē lādens, multo cum honore obseruan-  
tiaque

tiaque coniectum præclarè iacet, & velutì thesaurus quidam admodum preciousus, in corpora sanctorum, tempus regenerationis conseruatur. Et quanvis ex eadē, ex qua cætera copora, na<sup>t</sup> thesaurus tura materia constet, nulla tamen ratione cum illis est comparandum. Aliorum preciosus, enim reliquie vulgo detestabiles sunt, nullusque volens ad eorum tumulos accedit, Quod si dum aperiuntur, in eos casu quispiam incurrat, coniectisque oculis defor- mitatam intus iacentium adspiciat, magna oppletus molechia, & humanae condi- tione miseriam deplorans, prætercurrit. At si in locum similem huic, ad quem vos hodiè conuenitis, vbi iusti memoria sanctique reliquiæ sint, accedat, primū quidem operum, que cernit, magnificentia recreatur. Videt enim ardem, vt Dei templum, plorū am- structum amplitudine, tum pulchritudine splendide exadificatum & exorna- plitudinem tum, vbi & faber lignum ad animalium effigiem conformauit, & lapicida marmor ad &c. argenti levitatem expoliuit, & pictor artis sua flores in imaginibus exprimens, res Vtus sacra- martyris præclaræ gestas, labores, cruciatus, immanes tyrannorum adspectus, impe- rum imagi- nis, num anti- tatus, ardente illam & flammis euomente fornacem, beatissimum athleta finem, quissimus. Christique certamini præsidentis, ac premia dantis humanae formam imaginis: hæc, inquam, nobis tanquam in libro loquente artificiosè describens, martyris certamina sapienter exposuit, & instar prati nitidum templum illustrauit. Neuit enim etiam pi- rum. Veilitas ea- stura tacens in parte loqui, & utilitatis plurimum afferre. Quinetiam lapillorum compofitor, paumentum, quod pedibus teritur, arte atque emblemate vermicula- rum, historia dignum efficit.

Quam obrem his artis operibus sensibus obnoxij oculos oblectantes, cupiunt loco reliquias corporis partes admouere. Etenim ipso contactu sanctimoniam cre- Cap. 5. reliquiarū, dunt & charitatem excitari. Si quis autem puluerem in ipsa loculi superficie, vbi cor- Nota de pus martyris requiefcit, inherentem præbeat, pro ingenti munere accipiunt, & ter- puluere. ram tanquam rem preciosissimam reponunt. Nam si cui fortè facultas detur, vt ipsas reliquias attingat, id verò ciuimodi censemur donum, vt supremo voto nihil maius De reliquijs optari posse videatur. Hoc qui experti sunt, nōrunt, quique eo tenentur desiderio. Ipsum enim corpus perinde, acsi \* visura florensque esset, amplectuntur & deoscu- \* viuum, le- lantur, oculis, ore, auribus, omnibus denique sensibus adhaerent, lachrymasque pie- gendū cen- tatis & affectionis indices effundunt, martyrique vt omnibus partibus integro ac vi- genti supplicant, vt pro se apud Deum legationis munere fungatur. Vt Dei mini- strum appellant, qui, quandò vult, inuocatus munera impetrat. Ex his omnibus plus populus dicit, quām preciosa sit in conspectu Domini mors sanctorum eius. Etenim Psal. 115. licet ex eadē massā conflata concretaque sint omnia hominum corpora, ea tamen, quæ simpliciter intereunt, temerè proiecta iacent: quæ verò martyrij gratiam obti- nuerunt, sic amabilia iucundaque sunt, & omnium studijs certatim complectenda, vt in praesentia declarauimus. Ex his ergo, quæ videmus, ea credimus, quæ non cer- nuntur: & ex his, quæ experimur in hac vita, speramus ea, quæ futura promittuntur in altera. Sunt enim multi, qui in ventre, inaniisque gloria, & caducis atque fragilibus rebus cumulandis sumum bonum collocantes, quid futurum sit, negligunt, atque huius vite fine putant omnia terminari.

Sed tu, qui sapiens es, ex paruis magna coniuncto, ex adumbratis vera & solida co. Cap. 6. gitato. Quis ex ijs, qui apud homines fuerunt excellentissimi, huiusmodi monu- mentis celebratur? Quis eorum Imperatorum, qui munitissimas vrbes expugnârunt, qui gentes innumerabiles subegerunt, ita decantatus est, vt miles hic pauper, qui nu- pè erat in militiam ascitus, quem Paulus armavit, quem Angeli ad certamen vxerunt, quem victorem Christus coronauit? Verum quia dicendo ad martyris pugnas Gloria mar- tyrum etiā appropinquauimus, agè singularem de ipso sermonem instituamus. gratum est enim in hac vita q̄ illistris. cuique, quod ipsi proprium est.

Patria fuit viro generoso ea regio, quæ vergit ad orientem solem. Nobilis enim & Cap. 7. hic, quemadmodum Iob, inter eos, qui ad solis ortum habitant. Quarè cūm eandem S. Theodori patria, eisdem etiam mores imitatus est. Nunc autem patria est illi orbis terrarum. Omnis enim martyr, eius regionis, quæ sub sole habitat, ciuis censemur. Inde ad militiam profectus, cum propria cohorte in hanc regionem se contulit. His fit miles. enim milites ab ipsis Imperatoribus iussi fuerant hyemare. Sed aliud, non ex barba- roru*m* impetu, sed ex lege & decreto impio satanæ suscitatum est bellum. Omnes enim Christiani nefaria sententia condemnati, ad supplicium ducebantur. Tunc igitur, tunc hinc ter beatus, pietate insignis, & fidem in Christum sic vbiq̄ circumferens, vt tantum

URIUS

EVIII.

5

tantum non in fronte confessionem inscripſani gereret, non amplius tyronis, aut nuper delecti militis robur pre ſe tulit, neque ſe rei militaris imperitum, aut pugnæ ignarum exhibuit: ſed generofos ac strenuos ſpiritus ad ſubeunda pericula ſumens, haud quaqueā demifit animum, aut heſitauit, aut illam in loquendo timoris ſuſpicionem praebuit. Nam cùm improbi illi iudices, Dux & Centurio in idem, vt olim Herodes & Pilatus, conſpirantes conſediffent, t̄ cruciique affxi ſeruum in eiusmodi iudicium, quo Dominus quondam eius circumueutus fuerat, arceſſiſſent: Dic nobis, inquit, vnde tibi tantum audaciæ & confidentiæ ingenitum fit, vt regias leges despicias, ne que mādata domini contremiſſens venerēre, & eorum, qui rerum potiuntur, decreta colas & obſerues? Hi nanque tunc in Maximini regia principem locum obiabant.

**Cap. 8.** **C**onſtantis martyris vox. Quibus ille constanti vultu menteque intrepida opportunè respondit: Ego, inquies, deos ignoro, qui reuerā nulli ſunt. Vos autem impoſtores demonas, Dei nomine cohoſtantef, aberratiſ. Mihi quidem Deus eſt Christus, qui Dei filius eſt unigenitus. Quamobrē me religionem ac fidem ipsius conſitem, & vulnerator feriat, & percussor cædat, & combustor mihi flammam admoueat, & qui vocibus mea offendit, lingua excindat. Corpus enim in singulis partibus procreatori ſuo patientiam & tolerantiam debet. His rationib⁹ viſti ſunt Tyranni, nec primum strenui militis impetum ſuſtinerunt, cùm adolescentem ad ſubeunda tormenta promptum & alacrem cernerent, mortemque tanquam dulce aliquod poculum haurire cupientem.

**Cap. 9.** **A**nimalis homo non percipit quod lumen Dei. Dum igitur parumpēr heſitant illi, & quid fact⁹ opis ſit, inter ſe conſultant, quidam ex eallegione, qui facundior & aſtūor eſſe putabatur, martyris reſpoſionem eludens, Eſt' ne, inquit, o Theodore, filius Deo tuo? & generat ille, quemadmodum homines, cum perturbatione? Nullam in generando (reſpondit) nouit perturbationem Deus meus. Ex quo & filium ego conſite, & generationem Deo conuenientem intelligo. Te verò, o rationis expers, atque infans, nonne pudet? nonnerubore ſuffunderis. Deum etiam ſoeninam aſſerens, qui ipſam quidem vt filiorum genitricem, & inſtar leporum aut fuſum fœcundam dæmonem, facile tum vterum gerentem, tum parientem colas? Sic igitur ſancto duplēm in idolorum cultorem irriſionem retorquenti, Tyranni ad ſpeciem humanitatis, Modicum, inquiunt, temporis ſpatium ad conſiderandum furenti concedatur. Fortaſe interim deſpoſita infantia reſiſcet, & ad meliorem frugem ſe recipiet. Infaniam enim, dementes ſapientiam appellabant: ſuporem autem & furorem, pietatem & religionem. Quemadmodum fit, quondam illi, qui ebrj ſunt, ſobrijs exprobrant morbum ſuum.

**Cap. 10.** **S** Theodo- rus inflam- mat fanum profanum. At pius vir & Christi miles, ad virile facinus conſiendū, ſpatium illud conuertit, eequod autem facinus? Tempus iam eſt, vt cum latitia narrationem hanc excipiatis. In metropoli Amasea fanum fuit, quod fabuloſe deorum mati decepiti, quondam homines vanitate, quodam in loco propter fluminis ripam conſtruxerunt. Hoc fanum generofus ille, dum perinducias liber ac turus eſſet, opportunitatem & propitium auræ flatum obſeruans, incendit atque combuſſit. Itaque quod omnino post delibrationem expeſtabant, re ipſa ſceleratiſ reſponſum dedit. Quod quidem omnibus patet factum eſt, ſiquidem nec clarissimus in parte ciuitatis accenſus ignis, id occultari permifit, & ipſe adeò latere non ſtuduit, vt aperte tum preclaro facinore gloriari, tum perturbatione, qua propter templi ſtatuarque combustionem conterriti erant impij, gaudere maiorem in modum videretur. Cūm igitur ad prefeclos author incendijs delatus eſſet, multo horribilius in eum, quam antea, iudicium eſt conſtitutum, vt par erat, animis eorum tanti momenti re concitatis Quamobrē cūm in tribunali refediffent, Theodorus praesenti animo in medio ſtetit, imperantisque fidutiam pre ſe tulit, non vt reus respondens, ſed vt iudex interrogans, & celeſtare confessionis interrogationem interrupiens. Quarē poſtequam non ſtupidiſ aut attonitiſ apparuit, atque illi acerbitate minarum, quibus minimè pepercerant, ſe nihil proficere animaduertierunt, ad artes contrarias conſugere, & promiſſis iniſtis hominem iuſtum, rebusque inglorijs gloriosum allicere conati, Tibi, inquiunt, aſcerdotij primarij dignitatē pollicemur.

**Cap. 11.** Quo quidem audito, vir beatissimus vehementi irriſione: Ego, reſpondit, cūm ſacerdotes idolorum miseros duco, eorumque me, quod tam ſtulto munere fungantur, miſeret, tum ſacerdotum principes multo magis commiſſor & deteſtor. Inter flagitio-

flagitosos enim quo quis maior atque præstantior, eo nequior & infelior. Sic inter iniustos, qui iniustior est: sic inter homicidas, qui crudelior: inter adulatores, qui per-  
culantior. Idcirco posthac à pernicioseis pollicitationibus abstinet. Ignoratis enim, temnit,  
ó viri, vos malorum extremum mihi polliceri. Nam piè & rectè vivere profitentem,  
præstat abiectum esse in domo Dei, quām habitare in tabernaculis peccatorum. Ego  
vel illos Reges, quorum assidue leges iniquas proponitis, miseror, qui maxima inter  
homines regij muneric dignitate non contenti, sibi sacerdotum principis dignitatem  
vendicāunt: ideoque lugubrem & tenebrisca purpuram induuntur, instar infeli-  
cium principum sacerdotum, illustri regie dignitati tristem amictum induentes.  
Quinetiam aliquid ad nefarias aras accedentes, pro regibus fūnt cocī, dum aues  
sacrificant, & pecudum viscera misere perspiciunt, & sanguinis tabo tanquam lanio-  
nes quidam inquinantur.

Pot has iusti hominis voces, ne fictam quidē & simulatam amplius humanitatem Cap. 12.  
præseulerunt, sed illum & in deos maximē impium, & in Reges contumeliosum &  
maledicūm vocantes, primū ligno, quo torquentur homines, suspensum cecide-  
runt ac lacerarunt. Illi verò carnificibus vehementer saevientibus, forti alacri-  
tate perferens, versum etiam illum ē psalmo decantabat: Laudabo Dominum in Psal. 33.  
omni tempore, semper laus eius in ore meo. Ipsi carnes eius dilaniabant. At ille psal-  
lebat, vñsi non ipse, sed alijs eos cruciatus sustineret. Sic autem laceratum ac dilania-  
tur Dicitur in carcerem.  
tum carcer exceptit. Vbirursùs circa sanctum admiranda gerebantur. Etenim per to-  
tam noctem vox multitudinis canentium exaudita est: & eiusmodi faces eluxerunt,  
vi ijs, qui extra carcerem erant, tota nocte splendor effusserit. Quo quidem spectacu-  
lo tantu[m] admirabilis commotus carceris custos, in cubiculum insilij: sed præter  
martyrem quiescentem, & multos viñctos, qui dormiebant, inuenit neminem.

Cum igitur multis tormentis adhibitis, in confessione religioneque magis ipse Cap. 13.  
periret, lententia in eum lata est, vt igne vitam finiret. Atque ita præclarum bea-  
tumque iter ad Deum conficit: nobis autem memoriam certaminis tanquam ma-  
gnis reliquit. Quaenam ille populos congregat, Ecclesiam instituit, dæmones  
fugat, conciliat angelos pacis, orat à Deo, quæ nobis utilia sunt. Hunc enim locum,  
tanquam diuersis morbis medicinas suppeditantem officinam constituit, procellis  
tempestatisque periclitantium portum, egenitum opulentum æram, dulce pe-  
regrinorum hospitium, festos dies celebrantium nunquam desinentem congressum.  
Quanvis enim certum & solennem hunc diem quotannis celebremus, nunquam ta- Nota quo-  
men deficit studiosæ aduentientum multitudo. Quamobrem publica, que ducit huc:  
via formicarum similitudinem conseruat, alijs redeuntibus, alijs venientibus, alijs s. Theodori  
succedentibus.

Nos igitur, ô beate, anni circulo benignitate creatoris peracto, sacrū hunc marty Cap. 14.  
rumque audiuimus cœtum congregauimus, cōmunem adorantes Dominum, certa. Inuocatur  
minimique tuorum præconium memorabile celebrantes. Tu verò, celebritatissi au- hic sanctus  
thor, quæcumq; te ora tenet, huc ad nos veni. Nos enim te vocantem viciſſim voca- marty.  
mus. Quocircum siue sublimi in æthere moraris, siue cælestem aliquam apsidē circun-  
ueris, siue inter angelorum choros constitutus Domino assidis, siue inter Principa-  
tus & Potestates ut seruus fidelis eum adoras, istis omnibus parump̄ intermissis, ad  
nos, qui te colimus & honoramus, accede. Ac licet oculus nostris minimē perspicuus  
sis, sacrificia nostra tamen intuere: vt quas Deo, qui tibi pro vno supplicio, & pia vni-  
ca confessione tam multa munera largitur, gratias agimus, ipse conduplices. Meri-  
tam ex sanguine, quem effudisti, & ignis cruciatu, quem pertulisti, latitiam percipe.  
Quoniam tunc supplicij tui spæctatores erant, tot nunc honoris ministros habes.

Multis beneficijs indigemus. Tu legationis munere fungere apud communem Cap. 15.  
Regem pro patria tua. Martyris enim patria est locus, vbi ille passus est: ciues, & fra-  
tres, & propinqui, qui reliquias eius ornant, qui tuentur, qui venerantur. Calamita- Nota de re-  
tes metuimus, pericula formidamus. Haud procul absunt exitiales Scythæ, qui con- liquis mar-  
tra nos machinantur bellum. Ut miles propugna, vt martyr pro conservis dicendi tyrum vene-  
tire libertate. Quanquam tu vitam hanc transcedisti, humanas rāmen molestias &  
necessitates non ignoras. Impetra nobis pacem, nè ipsæ celebritates intermittantur,  
nè rabidus & sacrilegus barbarus in templis & altaribus comesetur, nè sancta profa- Sancti non  
nus conculcat. Nos quidem, quod haecenūs sarceti recti seruati simus, tibi acceptum ignoratres  
referimus, sed in posterum etiam securitatem postulamus.

Quod si maiore sit opus auxilio, fratrum tuorum martyrum chorum adhibe, & vna cum omnibus supplica. Multorum preces iustorum, nationum & populorum criminis diluant. Petrum admone, Paulum excita, Iohannem Theologum dilectum discipulum aduoca, ut Ecclesiarum, quas constituerunt, pro quibus catenas pertulunt, pro quibus pericula & cædes perpessi sunt, solliciti curam suscipiant. Nè cultus idolorum contra nos caput tollat, nè hæreses tanquam spinæ vineam suppullantes lèdent, nè zizania crescentia triticum suffocent, nè qua petra veri rois pinguedinem nobis excuriat. Sed tua precationis ope magnus fructuum prouentus apparcat, re & tecum instituta Christianorum vita, tanquam in pingui atque frugifero solo, præclarum & admirabilem ad finem usque segetem ferat, vnde nobis proueniat fructus æternæ vite in Christo Iesu Domino nostro, quicum patri & spiritui sancto gloria, honor & imperium in secula seculorum, Amen.

### MARTYRIVM EIVSDEM SANCTI ET GLO RIOSI MARTYRIS CHRISTI THEODORI TYRO.

*nis: Ex Simeone Metaphraste. Habetur in  
Tomis Aloysij.*

Nouëbris 9.  
iuxta Latini-  
nos.

Non vult S.  
Theodorus  
sacrificare  
demonib⁹.

Militat Re-  
gi Christo.

Christianii  
quidam mit-  
tuntur in  
carcerem.

S. Theodo-  
rus inflam-  
mat templū  
matris deo-  
rum.



A X I M I A N V S & Maximinus Imperatores, emiserunt decretum in viiuersam terram, quæ parebat eorum imperio, vt omnes gentes, quæ credebant pię religioni Christianorum, si exercentis cibos gustassent, salvi essent: qui autem contradicebant, tradicerentur iudicis. Quo tempore militans S. Theodorus tyro in Orientis regione cum multis alijs, ductus est ad legionem, quæ vocabatur Marinarum, sub Præposito Brinca: quæ legio sedebat in ciuitate Ponti, nomine Amasea. Ductus vero S. Theodorus, cogebatur sacrificare simulacris. Verus autem Christianus Theodorus, cùm esset Deo fidelis, repletus sancto Spiritu, dixit in medio legionis: Ego sum Christianus, & iussus sum non sacrificare adulterinis. habeo enim Iesum Christum Regem in cælis. Dixit Brincas Præpositus: Velis me audire Theodore, & accipe totam tuam armaturam: & cùm militaveris, veni dij sacrificatum. Sanctus Theodorus respondens, dixit: Ego milito meo Regi Christo, & decæterò non possum alij militare. Dixit Brincas Præpositus: Et iij omnes, qui adiuncti sunt Christiani, & militant. Respondens autem sanctus, dixit: Vnusquisque scit, quomodo militet. Ego vero milito meo Domino & Regi caeli Deo, & filio eius vnigenito.

Posidonius Ducenarius, qui adstebat, dixit: Et filium habet Deus tuus, o Theodore? Respondens autem S. Theodorus, dixit: Habet certè filium verbum veritatis, per quem fecit omnia. Dixit vero ei Præpositus: Possumus ne ipsum cognoscere? Dicit S. Theodorus: Velle, si vobis Deus talem dedisset intelligentiam, vt cum cognosceris. Dicit Posidonius: Et si eum cognouerimus, non possumus relinquere nostrum Imperatorem, & ad illum accedere? Dixit S. Theodorus: Nihil est, quod vos impedit, quo minus relinquatis tenebras, & quam ad breue tempus habetis fiduciam erga vestrum breui tempore duraturum & terrenum Imperatorem, & accedatis ad Deum viuum & Regem & Dominum aeternum: & ei militis, quomodo ego. Dixit Brincas Præpositus: Ei cedamus usque ad aliquot dies, vt cum seipsum admunérat, accedat ad id, quod est vile.

Cum ergo accepisset id, quod concedebatur, orabat sine intermissione, & laudabat Dominum. Ira autem fremebant impij, & erant solliciti de quibusdam alijs ex ciuibus: quos etiam comprehenderunt, & duixerint in carcerem. Beatus vero Theodorus eos sequens acclamabat, docens viam salutis & tolerantiae, nè negarent Christum Regem. Cum illi autem fuissent inclusi, ipse S. Theodorus inuenito tempore opportuno, noctu combuslit templum matris deorum. Viuis autem fuit à quibusdam è ciuitate, & accusatus. Cronides vero quæstor propter hoc timore affectus, cum comprehendens & adduxit ad Præsidem Publum, sic cum docens: Domine mihi hic vir pestifer, recens electus tyro, qui male venit in nostram ciuitatem, combuslit templum matris deorum, & deos affecit iniuria. Eum ergo comprehensum duxi ad

nam

tuam magnitudinem, ut conuenienter diuino & imperatorio edicto dominorum orbis terra, det peinas eorum, quae ausus est facere. Iudex autem accersito Praeposito Brinca, dixit ei: Tunc dedisti ei protestatem, ut igne consumeret templum matris nostrorum deorum? Ille vero respondit, dicens: Ego sapè cum sum adhortatus, ei etiam dato certo tempore, ut cum apud se considerasset, dijs sacrificaret. Si autem hoc fecit, omnino deos contempnit & iussa Imperatoria. Cum sis ergò Iudex, sequere edicta Imperatorum.

Praes iraque sedens in tribunali, iussit ad se adduci beatum Theodorum. Cum S. Theodorus ducitur ad tribunal, esset autem adductus, dixit ei Iudex: Quamobrem, cum te oportaret dea sacrificare, & ei libare, & thus offerre, ignem ei obtulisti? Dixit sanctus Theodus: Quod feci, non nego: accendi ligna, ut lapis vneretur. est autem talis vestra dea & eius virtus, ut ignis eam tangat & eam vrat. Ego ligna accendi, ut vneretur lapidem. Ira vero mortis Iudex, iussit eum verberari, sic dicens: Molliora mea verba te audaciorem fece. Verberatur & confidentiorem. Quamobrem noli mihi respondere multa verba. Nam te manent dura & grauia tormenta ac cruciatus, ut pares edictis Imperatoris. Dixit S. Theodus: Neque tibi pareo, neque tormenta tua timeo, etiamsi sint valde formidabili. Decanter fac, quod velis. Nam expectatio bonorum Dei me adhortatur, ut confidam, propter spem mihi repositam, & coronam, quae mihi à Deo contexitur. Dixit Iudex: Dijs sacrificia Theodore, & te libera ab ijs, quae te manent, tormentis. es enim male & acerbè moriturus. Dixit sanctus Theodus: Non sunt mihi tormenta, quos tu infers cruciatus. Dominus enim meus & Rex Iesus Christus, Constantia cius. est ante faciem meam, me liberans a tuis tormentis: quem tu non vides, quoniam non intueris mentis oculis. Ira autem pérctus Iudex, & rugiens vlevo, iussit cum coniici in carcere, & portam obsignari custodia, & eum sini illuc fame mori.

In custodiā vero coniectus beatus Theodus, alebatur à sancto spiritu: & in nocte illa visus est ei Dominus, & dixit ei: Confide Theodore. ego enim sum tecum. Nē ergò acceperis cibum aut portum ab his omnibus, erit enim tibi vita ab interitu aliena & eterna mecum in calis. Hęc cùm dixisset Dominus, ab eo euauit. Cùm recessisset autem Dominus, beatus Theodus cœpit psallere & exultare: cum vero exaudiebat magna turba sanctorum Angelorum. Custodes autem carceris cùm audissent suavitatem psalmodie, surrexerunt & cucurrerunt ad portam custodiae. Qui cùm vidissent portam clausam & saluum signaculum, obserabant per fenefram. Cùm autem vidissent magnam turbam candidatam & psallentem simul cum sancto Theodo, timore affecti, renunciātunt id Præfidi Publio. Statim vero surgens Iudex Publius, cursim venit ad portam custodiae: & vidit portam quidem clausam, & catenam similiter, & salua signacula: audiuit autem vocem quoquè eorum, qui intus plalabant simul cum Theodo: & fecit armatos milites circuncircā seruare custodiā, putans aliquos Christianos esse cum Theodo. Ingressus autem, nullum inuenit, nisi solum serum Christi Theodorum in ligno constrictum. Eum vero inuasit magnus timor & tremor, & omnes qui cum ipso erant. Cùm autem custodiae fores rursus clausissent, recesserunt, cùm iussisset Iudex ei dari vniciam panis & aqua poculum quotidie. Magnus vero & fidelis martyris Christi, prout scriptum est, Quod iustus Habac. 2. ex fide viuet: nequam voluit ab illis accipere panem aut potum, dicens eis: Me alit Dominus meus & Rex Iesus Christus.

Cùm fuisset autem manę, iussit Praeses eum produci ad tribunal. Qui cùm adfuisset, Vide blan-  
dicte ei: Morem mihi gere absque tormentis & supplicijs, & sacrificia magnis dijs, vt  
quamprimum scribam ad dominos orbis terra, ut tu sias pontifex deorum, & accipias  
non leues quoilibet honores, & in eadē fede nobiscum mancas. Beatus autem  
Theodus cùm in calum suspexisset, & se signasset per totum corpus, dixit Tyranno: Respsit fal-  
Etiam si carnes meas in igne liqueferis, & multiplicitibus tormentis deleueris, gla-  
dijsque & betijs me tradireris, quandiu est flatus in meis naribus, non negabo no-  
men Christi mei. Tyrannus autem consilio inito cùm Praeposito, iussit ipsum suspen-  
dīn ligno, imperans lictoribus, vt eius latera vngulis carperet. Qui ipsū vsque adeo vngulis dif-  
caplerunt, vt eis nudarentur latera. Beatus vero Theodus nihil respondit Praesi-  
di, fed psallebat, sic dicens: Benedicā Dominum in omni tempore: semper laus psal. 33.  
eius in ore meo. Obstupefactus autem Tyrannus tanta tolerantia & fortitudine  
beati Theodori, dixit ei: Non te pudet, ô omnium hominum infelicissime, quod spe-

URUS

EDER  
JUDIC

5

ras in homine, qui dicitur Christus, qui affectus fuit morte violenta, & tam inconsideratè te tradis tormentis & supplicijs? Sanctus verò Christi martyr Theodorus dixit: Hoc sit mihi dedecus & omnibus, qui inuocant nomen Domini mei Iesu Christi. Exclamante autem populo, ut ipse iam de medio tolleretur, per praconem cum interrogauit: Vis' ne sacrificare, an à me amplius cruciari? Respondens sanctus martyris Christi Theodorus, liberè dixit Tyranno: Impie & plene omni iniuritate & dolo, fili diabolici & verè digne operatione aduersari, non times Deum, qui tantum tibi impetrin & tantam potestatem est largitus? Per ipsum enim Reges regnant, & tyranni tetrici tenent dominatu. me enim cogis relinquere Deum viuum & adorare lapides inanimos. Iudex autem cum magna deliberatione dixit sancto Theodo: Quid vis, esse nobiscum, an cum Christo tuo? Sanctus verò respondit cum magno gaudio: Cum Christo meo & fui, & sum, & ero. decanterò fac quod voles.

Videns autem Tyrannus nihil posse tormenta aduersari eius tolerantiam, nec posse eum superare, dat in eum sententiam, sic dicens: Theodorum, qui non paruit potentia gloriisorum Imperatorum & deorum, creditur autem Iesu Christo, qui fuit crucifixus sub Pontio Pilato, sicut audio ex Iudeis, ipsum iubeo igni tradi. Postquam autem solùm sententiam pronunciauit Iudex, dicto citius res mandata fuit executioni. Nam cùm lictores ex officinis & balneis ligna repente collegissent, beatum quoque Theodorum duxerunt ad locum propositum. Et cùm ipse sibi fecisset signum Crucis in fronte & toto corpore, copiosus circa illum ignis accensus est. Tunc autem adfuit Spiritus sanctus, & relaxatus fuit sanctus martyr, & sic Deum laudans & glorificans, in pace reddidit Domino sanctum suū spiritum, & vidimus venerandam & sanctam eius animam, tanquam fulgur assumi in celos.

Quædam autem mulier, quæ meritò vocabatur Eusebia, vt quæ pīe & ex virtute viueret, petijt corpus sancti & glorioli martyris Theodori. Quod cùm vnguentis perfudisset, & sindone munda inuoluisset, depositum in loculo in domo sua, in ciuitate Euachitarum sub metropoli Amasenorum, quotannis peragens memoriam eius venerandi & colendi martyrij. Consuminatus autem fuit sanctus martyr Christi Theodorus Februarii mensis decimo septimo, imperante Maximiano tyranno: in nos autem regnante domino nostro Iesu Christo: Cui gloria & potentia cum patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

## NECTARII ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI NARRATIO PROPTER QVAM CAV-

sam in primo sabbato sanctorum ieiuniorum celebranuus memoriam  
sancti martyris Theodori: & de ieiunio & eleemosyna. Habetur in Metaphraste, quinto tomo Aloysi. Nos  
hanc in capita distinximus.

Psal. 30.  
for. quomodo  
for. \* admirabilis  
Cap. i.

Gen. 1.  
Gen. 2.  
Quanta De  
us homini  
præliterit,



V A M magna est multitudo benignitatis tuae, Domine, equum est vt nos hodie cum magno Dauide eloquamus melodie. \* Quo enim non est maximè \* admirabile? Nos, cum non essemus, produxit. Produxit autem non similiter ijs quæ prius est fabricatus, calo, inquam, & ijs quæ sunt in ipso, terræque & mari, & ijs, quæ sunt in eis. Eorum enim opus & machinatio, materiaq; & cōstitutio erat Verbū. Dixit enim, vel potius cogitauit: & cogitatio fuit omnibus natura & generatio, motioque & ordo, & quæcumque ea, quæ apparet, consequuntur: factaque sunt et manent, & erunt usque ad secundum eius ad nos aduentum. Quinetiam ipsas quoque supremas potestates verbo solo, vel nutu, potius constituit. Nos autem manu sua propria, o miraculum, cùm Deus esset ante secula, & carens principio, & quod est admirabilius, ad imaginem & similitudinem suam, cùm esset Dominus, effinxit. Deinde non hucusque solùm constituit huius bonitas: sed etiam eum diuina ornauit insufflatione, præbens animam intelligentem & ratione præditam. Præter hanc autem paradisi quoque ciuem effecit animam: paradisi, inquam, cuius pulchritudo neque verbis exprimi, neque mente comprehendendi potest: & omnia, quæcunque prius

prīus creauerat & fuerat fabricatus, ei subiecti & largiens, tanquam pater quispiam  
benē affectus in filium, & eum amore complectens, eum instituit hāredem & domi-  
num, quem reliqua omnia obseruarent, & ei ministrarent.

Aitque hēc quidem scio vos nōesse, qui estis studiosiores & diligentiores. Quinetiam  
ea quae restant, quae etiam vt qui ea sciatis, reliquimus. Eorum autē, quae deinceps se-  
quuntur, nē prolixiori vtar oratione, prētermittam plurima, quē paſlus est, deceptus à  
maligno dāmone: prēceptū, inquam, & diuinitatis opinōnem, & prēcepti (ō meum  
lapsum) obseruationem & transgressionem. Deindē nuditatem, occultationem, &  
quae sunt ea cōsecuta, ne ea ipsa dicam. Sed est hoc quidem magnū & omnium Dēi in  
eum beneficiorū longē maximū, & eius summus, vt ita dicam, lapsus. Qui tam multa  
beneficia fuerat confectus, se erexit & extulit aduersus eum, qui ipsum fecerat. Quid  
ergo Deus, qui ipsum fecit? Pulucre illum, terram illā informem, quam suis forma-  
uit manibus, & tam multis dirauit beneficijs: Cur non dico id, quod est peius? Eum,  
qui ab ipso defecerat, & diuinum eius iussū fuerat transgressus, num despexit? num  
reliquit? Minimē, sed latenter quesivit: & cūm inueniēt, castigavit quidē, sed beni-  
gnē. Qua autem postea sunt cōsecuta, quid opū est dicere, quibus hominum feritas  
creatorem suū ad iram prouocauit, fratrū cādes, adulteria, infanos hominū amo-  
res simulariorum cultus, & quē ea consequuntur? Quid ergo? nunquid propter hēc  
cum reputat, aut est abominatus? Nequaquam, sed tanquam pater cū multis modis  
benignitatis nos prius castigāset, deinde vidis et nos non posse declinare ab eo, quod  
est deterius, quid facit? Defēdit ē ſinu patris: papē, quāta mīlericordia, cūm effet Deus  
aeternus & immortalis: & vt paucis absolua, carnē ſuſcepit ex caſta virginē, mei qui  
sum seruus, formam ferens. Deindē ſuit cruci affixus, ſepultus, resurrexit, ſimil etiam  
ſurgere faciēt eum, qui ceciderat. Quid his eſte potest benignius aut mīlericordius?

Et pater quidem ſuum filium, quem genuit, quem ex ſuis prodixit viſceribus, ſi à Cap. 3.  
ſuo cōſilio & iuſu parū deflexerit, non ſatis habet ei plagaſ imponere & flagella in-  
tentare, ſed abdicat, exēcratur, perſequitur eum, qui prius erat ei charus, propter cau-  
ſam nullius momenti. Et dominus ſimiliter, cūm ſuum famulum, qui vel parū offendit,  
mīlerum peniſ & vinculis, famequē & ſiti opprefſerit, eum vendit, ablegans  
quām longissimē. Res autem noſtrā quomodo? Formati ſumus, honor & gloria no-  
bis fuit tributa: innumerabilibus bonis ſumus ditati. horum autem datori quid  
contrā reddidimus? Contemptū habuimus, ad iram prouocauimus, contumelia & Ingratiu-  
molesia affecimus: & ne nos quidē despexit, ſed cūm ſit Deus & Dominus, non de-  
dignatur vocari pater ab ingratī & paſtor, ponens ſuam animam pro ouibus. Qui-  
nā etiam eos quī labuntur, erigit: & eorum, qui offendunt, miſeretur, & non reddit pro  
meritis malorum noſtrorum. Si enim iniquitates obſeruaueris, Domine: Domine, Psal. 49,  
qui ſuſtinebit? Eſt ſolicitus de cuiuſlibet vel minimā ouis correctione: expectat uni-  
ueſciuſq; conuerſionem. Ego enim ſum, inquit Deus, qui nolo mortem peccatoris, Ezech. 18.  
ſed vt conuerſus viuat. Rursus autem fert opem ijs, qui bello appetuntur: & adiuuat  
partim quidem per ſe, partim verò per ſanctos ſuos. Qui etiam hoc miraculum, quod  
nunc à nobis celebratur, fecit per clarissimum ſuum & gloriolum martyrem Theo-  
dorū, quod eſt ſummum & inprimis admirabile: ad quod nunc declarandum de-  
ſcendit oratio, propter quod prædictis quoq; magnis Dei noſtri operibus, eius boni-  
tatis magnitudo equaliter manifesta omnibus: quod quidē procedens tempus volebat  
mandare profundo obliuionis, ſed non potuit imponere finem ſuā voluntati: cūm  
fideles & pi viri nos ad hoc incitassent, qui etiam ſcriptos ferentes cōmentarios, qui-  
bus fidem faciebat tempus, & præterea nobis affirmantes, ſcipsos vidisse miraculum,  
hortati ſunt, vt quod à multis ignorabatur, magnum Dei opus manifestum reddere-  
mus omnibus. Sed iam, rogo, mihi incipiēti narrare, aures fideliter prēbentes, exci-  
pite orationem: vi imbecillitatē mē orationis animū adhibentes, vñā cum oratione  
aferatis miraculum, ſummā Dei noſtri bonitatem, lenitatem, benignitatē, mansue-  
tudinē & clementiam, paterna eius in nos viſcera: quemadmodum non despicit, nec  
ſuit nos etiam ſi imprudentes bello impetamur, a malorū authore dāmone & eius  
ſymyliſ, incide in lapsum interitū: maximē, ſi inſidia afferant animā aliquod  
periculum: fed ſemper noſtrā roborans imbecillitatē, nos ſemper reddit illā ſoſ  
& inractos, & ſuperiores inimici inſidijs & periculis. Miraculum autem ſi habet:

O charē cōrū Orthodoxorum & fideliſſimū auditorium, perſuafum habeo vos Cap. 4.  
non ignorare, quātē & quales à ſatana, qui nobis ſemper inuidet, & à pellimis eius mi- Saranas cū  
ſuſtis admini-  
niſtris

scis semper nistris, insidiæ & dolis aduersus venetandam & inuidiam nostrâ fidem, tanquam quædam pro celâ, diversis temporibus fuerunt excitatae, etiamsi benignus & clemens fidem catholicam.

Psal. 133. Deus, propter nostrâ humilitatē magna & omnipotenti missa sua dextera ad nos de-

fendendos, non dedit nos, ut Propheticè dicam, prædami dentibus eorum. Quarti (v)

Iulianus Apostata fides, non dedit nos, ut Propheticè dicam, prædami dentibus eorum. Quarti (v)

Apostata fides, non dedit nos, ut Propheticè dicam, prædami dentibus eorum. Quarti (v)

q. olim furerunt, & primos omittam) vna fuit infania & rabies Iuliani. Apofatæ ad-

uersus diuinam & inuidiam nostram fidem. Iuliani qui locutus est in altum Dei blasphemiam, & manu extulit impiam aduersus diuinam & piam nostram fidem. De eo sa-

quitur. scio, et si non visuæ auditu saltæ accepistis, o vos qui adestis, quam grauia & inania &

palam ex insidijs ausus sit aduersus Christianos. Cui nullo modo quidem erat cure gen-

tes vincere, & barbaros propulsare, & diripere vrbes inimicorū: exigitabat enim ei-

se rem pusillam & inutilem: sed Christianos destruere, & eorū delere fidem, & vt Deus

quidem despiceretur, (o calamitatem, o infaniam) qui nutu omnia constituit, atque

ad eum ipsum: qui vitram nunquam fuisset natus, neq; vite superstes: simulacra au-

tem honorarentur, & vbiq; extolleretur gloria eorum altitudo, magnum duebat

opus & magno studio elaborandum: idque magis curabat, quam alia omnia.

Cap. 5.

Cum ergo hæc sic haberet, & eius instituti rabies magis cresceret, (impictas enim tanquam flâma quædam, que aptam comprehendenderat materiam, & in calu sublata fuerat, vicina delere properat) similiter cum ipsa quoque eius anima tanquam aptam apprehendisset, acceditur & excitatur ad exur eos Christianos, eis vehementer min-

tans. Cum aut hæc fieret, maiorq; ira & infania in summum assurget, quid opus est dicere, qualia & quam multa tormenta excogitata fuerunt in Christianos ab illo impio,

ventrū sectiones, sectiones viscera, vehementes virgin verberationes, oculorū efflo-

siones, dentiū elezioni, linguarū & manuū amputations, tibiarū confractio-

nes, ignis conflagrationes, multiplices & callido artificio excogitatae craticulae & lebetes,

subtilia & sartagines, & quæcumq; instrumenta mortis tunc inuaserunt Christianos. Sic

ergo infaniens sceleratus, cum non posset finē imponere impierati. Nam alij quidem

flagris casi, efficiebant Christi martyres per tolerantiam: alij autem nondum subiecti

torturam, tanquam ad aliquod pulchrum exemplum, ad eos intuentes, ea que dolor

aferunt, despiciebant. Nam & vnumquenq; flagris cædere & morte afficerentur

que poterat, neque verò id ei expediebat. Necesse enim erat, si omnes fuissem de me

dio sublati, eius esse imperium vacuum ijs, quos regeret & quos administraret.

Cum hac ita se haberent, & Christianissima quidem fides non deleretur, cor autem

eius intrinsecus malitia inflammaretur, capit consilium seu & inhumandum: mihi

vero iucundissimam referenti narrationem, aures (quaæf) adhibete fideliter. Cum enim

considerans sceleratus, se huc & illuc versasset, inuenit, vt existimauit, occasionem

viamque & rationem deducenda ad finem impietatis, qua nec flagris cæderet aliquem

aut morte afficeret, & tamen ciues omnes per desperationem adduceret ad cultum

simulacrorum, etiamsi Deus efficeret, vt euaneuceret impium eius consilium. Nam

cum venissent casti & diuini dies Quadragesima, in quibus omnis arat apud se cogi-

rat, qua prius sunt admissa peccata: in quibus & facile est cadere, cum tunc grauus

oppugnet inimicus, & reuocari est difficile. Cum iam primus dies coepisset, accersit

eo, qui tunc erat Praefectus viris, qui eadem qua ipse sentiebat, & erat ei in incredul-

itate similiis, dixit: Quoniam, o Praefecte, multi & varijs vi machinationibus, res Chris-

tianorum minimè potuimus extingue, (est autem hoc mihi non parva cura) mihi

à dij sicut subministratum pulcherrimum consilium, & contra quod nihil dici potest.

Nam quoniam Christiani hanc hebdomadam statuunt esse primam suorum ieiuniu-

rum, & studium adhibent, vt purius & incorruptius custodiatur, tanquam alij dies ieiuniu-

orum, iubeo vt quæcumque in foro esculenta & poculenta sunt proposita, anferan-

tur, & nihil aliud proponatur, quam cibus & potus, quem ego tibi præbebo, mixtus

sanguine sacrificiorum. Necesse est enim, cum hoc factum fuerit, vt aut omnes emen-

tes comedant, & nobis obediant, vt qui gustânt deorū sacrificia: aut fame pereant,

cum agnoverint consilium quod cepimus, vt qui non habeant, quanam ratione sua

succurrant inopia. Hec cum ex impio illo ore audijsset praefectus, fertur dixisse: Nunc

planè scio, quod cor Regis est in manu deorum: & cum primum dixisset, quod dixer-

at, est executus: & quæ in foro quidem erant proposita domi fuerunt repolita: qua-

autem erant Imperatoris incepsa & execranda, in foro fuerunt proposita.

Cap. 6.

Quid ergo qui nos creauit, Deus? nunquid neglexit aut despexit? Nequaquam: sed

simil cum his grauissimis insidijs & improba machinatione salutem excogitauit,

Pontifici

Pontifici enim & Pastori Christianorum, qui tunc erat, hoc impio apertuit consilium, mittens ad eum in somnis magnum martyrem Theodorum, re vera Dei donum, dominum ad salutem nostrae fidei. Dei itaque martyr accedit ad Patriarcham, re vera & non in somnis apprens: memini autem eorum, quæ dixit, ad verbum. Sic enim dixit S. Theodorus apparet Principi Pastorum: Surge, & congrega gregem Christi, & omnes diligenter admone, ne quicquam emat ex cibo & potu, qui est in foro propositus. Impius enim Julianus, omnia polluit exercendo sanguine sacrificij simulacrorum. Pontifex vero sancto respondit: Quomodo, o Dominini mihi, potest hoc fieri? Nam hoc quidem possunt fortae, qui sunt diuites. Nam sibi quidem prius habent reposita, quæ sunt necessaria. Pauperes autem ne habent quidem viculum vnius diei. Quidnam ergo erit, quo possint solari inopiam rerum necessiarium? Martyr vero dixit: Prebens cis Colybem, solare necessitatem. Patriarcha autem dixit: Et quidnam hoc fuerit? nescio enim quod sit hoc vocabulum. Martyr vero (o solidam & acrem eius defensionem) respondit: Fru-  
mentum, inquit, coque, & eis in cibum distribue. sermone enim Euchitarum sole-  
mus hoc vocare Colybem. Cum sic ergo feceris, conserua Christi gregem illasum &  
impollorum. Et quis tu es, Domine, dixit Patriarcha martyri, qui tam benignè & mi-  
sericorditer nostræ salutis curam geris? Ego sum, inquit, martyr Christi Theodorus,  
qui ab ipso misericordia sum ad vestram salutem.

Quid hoc admirabilius vñquam factū est à propheta Iona, qui Niniuitis annūciavit Cap. 8.  
euersiōnē ciuitatis, & ex eo eos induxit ad penitentiam? Hoc quidē certè est illo ma-  
gī admirabile: quandoquidē illīcī quidē missus est solum propheta significatus euer-  
sionem ciuitatis: Martyr aut̄ Christi Theodorus, significauit futuram animarū euer-  
sionem. Et ille quidē solum significauit euerterendam esse ciuitatē: Martyr vero & cau-  
sā & medicinam, nē tam multe euerterētur anima, neq; simul perirent cum cultu  
simulacrorū, aperte nobis declarauit. Quo est ergo anima corpore præstatiōr, eo est  
hoc illo maius & admirabilis: & quo est que animas euerit euersio, grauior euersio-  
ne que euerit ciuitatē, eo, vt ego quidem sentio, is qui ab hac eripit, eo qui illā præsi-  
gnificauit, est auxilio benignior & excelsior: nisi indigni aliquid diximus, prophetā  
adæquantes martyris: sum enim ambo vnius & ciuitatis Christi Dei, & ab eo iussi sunt  
ambo facere, quæ fecerunt. Pergat aut̄ nostra oratio, sequēs ea, quæ prius dicta sunt.  
Post ergo hac si auduit Patriarcha, admiratione plenus & lētitia, surrexit, & Chri-  
sti poplū congregauit, martyrisq; Christi aduentum, & quodnam serendū significā-  
tū auxiliū, aperte narrauit omnibus: & cūm fecisset, vt sanctus statuerat, seruauit illas pro-  
fum gregē Christi. Peracta aut̄ hebdomada, cūm inutilem fuisse machinationem, & bentur.  
successu caruissimis insidiis accepit Julianus, aperte quidē & summè vietus, è foro quidē  
exulit ea, quæ erant polluta: proponi vero iussit ea, quæ cōsueuerant. Quamobrem  
cūm venisset sabbatū, intellexissent aut̄ Christiani irritam fuisse machinationē furiosi  
Iuliani, hymnum gratiarum actionis gloriose martyri Theodore exhibentes, lætum  
& splendidū festum ei celebrarunt: frumentumq; coquentes, & pauperibus distribu-  
entes, fecerunt eorū salutem omnibus manifestam. Singulis itaq; annis ab eo tēpore  
vīq; in hodiernum diem, miraculi incliti martyris memoria pīe fidelibus peragēdam  
reliquēre. Hoc est, quod à nobis nunc peragitur & celebratur miraculum. Talis fuit  
accrēta gloriose martyris in nos defensio, & impiorū impij Tyranni insidiarū deleto.

Sed quis reverā pro dignitate laudārit Dei nostri bonitatem, qui ex fauibus ipsius Cap. 9.  
diaboli homines, qui tūc erant, extraxit vno momēto, nempe admirabili & præclaro  
aduentu venerādi martyris Theodori? quinetiā nos quoq; quotidie, qui nostra negli-  
gentia diabolo pīdimur, conseruat, & eripit ex illius fauibus. Hęc ergo cūm sciamus,  
o dilecti, ipsi quoquæ aliquid cōferamus Deo, qui donat talia. Quid autem offeramus Eleemosy-  
na, nisi eleemosynam? Nulla enim re ex omnibus æquæ, ac ea, sōlet Deus delectari:  
maxime, cūm ipsum tempus pulcherrimè nos ad hoc adhortatur. Est enim ieunij  
tempus, & sancti ieunij, in quo est purificatio anima & corporis ijs, qui id verē exercēt,  
per copiolam misericordiae elargitionem. Quinetiā ad intemeratarū Christi perse-  
fionum periplū induicti recordationē nos purgēmus, non solum à cibo & potu, sed  
etiam ab omni tetro inquinamento: periurio, iniqua, detractione, mendacio, inimicitis,  
intemperantia, & quæ est omnium malorū prima & ultima, avaritia. Ab his enim alic-  
natio, est præclara purgatio, & ieunium verum & nulli affīne reprehēloni. Ante hac  
aut̄, & cum his, & post hac faciamus eleemosynam, quæ reverā non ad tertium cælum, Eleemosy-  
na & ef-  
ficacia.

URRIUS

RVIII.

§

igneus, & quæ è terris supra celum extollit, quos acceperit. Cum his nostrum quidem  
præclarum & Deo acceptum fiet iejunium; tanquam suffitus verò dirigetur preces.

Nec mihi dixeris quatruduana, aut sex dierum ieunia. Nam sunt quidem hac quo-  
què pulchra, & Deo accepta ieunia, & avertit animi perturbationes. Sed ut abique

spiritu & inutile & inefficax nostru corpus, ita etiam absque eleemosyna vanum citi-  
nobis iejunium. Vnde hoc autem? Ex ipsis scripturis ostendemus. Dicit enim: Ele-

cta LXX. mosyna & fides nè tibi deficiat. Et rursus: Ante quem ambulabat misericordia & ve-  
ritas. Et alibi: Misericordia volo, & non sacrificium. &, Qui miseretur pauperis, Deo

foceratur. Ut autem in præsentia plurius prætermittam, exemplo vel potius re ipsa

vobis ostendâ excellentem dignitatē eleemosynæ. Si enim crastino die vénoris, vultu

quidem pallidus & deorsum intuens, & afferens omnia euidentia argumenta ieuniū,

ad te verò accedit examen pauperum, fine & siti confectum, & frigore concretum

à te supplicibus vocibus petens misericordiam, à te autē inane recesserit, nullam acci-  
piens inopie sue consolationē: dic, quidnā decāterò tibi tuū reputabitur iejunium?

num solum mactatio corporis, quæ ei, qui ipsam exercet, nullam assert vtilitatem?

Sed mihi dices, quicunque sis, qui hæc dicas. Scio enim frigidas vestras dilationes &

inanes prætextus. Sunt mihi multi liberi, vxoris curam gero, famulorum, famularum

corū, qui no- lunti præsta- re eleemo- synam.

Prou. 3. iu- xta LXX. Psal. 88. Osee 6. Prou. 19.

Vt inā sufficiam ad eis suppeditaria, quæ sunt necessaria: tantum abest, vt possim

suppeditare hominibus pigris & ociosis: qui reuerā non volentes laborare, arte vo-  
luntariam sibi adfiscunt paupertatem. Præterea autem vulgo quoquè tritum indu-  
cis prouerbium, primam vocans mercedem eam, quæ datur suis. Quid tu, rogo, in

peccatis prætextis excusationē? Propterea quid te Deus fecit patrem liberorum, & misere-  
rendo egenorum, qui sunt cunctum generis. Contrā autem ex beneficio sumis occa-  
sionem duritiae & inhumanitatis: nec hoc solum, sed eos etiam, quibus nihil tanquam

suppeditasti, infestaris probris & maledictis. Quid facimus, ô homines? reuereamur,

si nihil aliud, vel ipsam naturam. similem enim habemus naturam & animam pau-  
peres & dimittes, & ab uno opifice sumus omnes effisi: estque vna nostra dignitas ad

optionis & regenerationis, etiamsi nescio quomodo instabilis huius vita motus, im-  
pare ad vietū facultates distribuit hominibus: & quod est maximum, ab uno Iudice

judicabimur, & ad idē tribunal sistemur. Hæc ergo cùm sciamus omnes, quandiu stat

hic dies festus, emamus nostræ salutis viaticū per eleemosynam, & studeamus habere

defensores, & non accusatores apud illud tribunal pauperes. Videamus Dominum,

qui in omnes obtinet imperium, & omnes superat, quemadmodum quotidie à nobis

ad iram provocatus & iniuria affectus, nō odit, nō aueratur: sed à nobis rogatus, statim

præbet id, quod est vrile. Et Deusquidē sic, & hæc Deus, cui supplicant ingratissimi.

Nos autem eum, qui est eiusdem generis, qui nos nunquam à iram provocauit,

immò verò qui suos vocat dominos, & quæ sunt huiusmodi, vt attrahat ad misericor-  
diam, despiciamus, & aures obstruimus, vt a sp̄is ad incitationes. Et quomodo sunt hæc

benignitatis aut misericordiarū immò verò contraria sunt maximè crudelitatis. Bonus est

Deus, quid hunc aërem, quem spiramus, & fluenta aquarum, & lucem solis, ex equo

abundè suppeditauit omnibus, diuitibus & pauperibus. Nullus enim pauper liber

vlum aërem hauiisset, aut hanc lucem percepisset: sed prius, quam exiſſent ex vre-  
ro, arrepti fuissent miseri, si ad se precio emptam attraxissent respirationē, quid in

iugera & modos, quomodo terrā & mare, hæc diuities diuisissent. O duritiam, ô crudelitatem: quid vivant pauperes, propemodum agrè ferimus. Nequaquam hoc fa-  
ciamus, ô amici & fratres, neque propter immisericordiam amandemus pauperem

Lazarum, nè nos sicut diuitiem ipse illinc ostendat: neque eius manum, quæ tota no-  
bis modo porrepta est ad misericordiam, auersemur, nè illinc rogemus vel summum

eius digitum, & cum non assequiamur. Nè inuidemus saltē superuacanciū par-  
ticipes accipere pauperes, nè audiamus, Recepisti bona vestra in vita vestra. Omnia

peribunt, omnia prætereunt: eleemosyna autem manet in seculum. Dispersit enim,

inquit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculū seculi. In hanc vitam nihil no-  
biscum attulimus: Deus nobis omnia est largitus. Largiamur ipsi quoquè egentibus:

etiamsi sint Dei, tamen tanquam nostra sint, ipse nobis reddit mercedem. Et si quis

quidem ex nostris amicis aut proceribus iussit nos non solum pecunias, sed etiam vi-

tam propriam despiceremus propter illius amorem, quam prompto & alacri animo ag-  
grediamur eius iussum exequi, & re ipsa, si fieri potest, id effectum reddere, dici non

potest.

Luc. 16.

Ibidem.

Psal. iii. Omnia præ-  
terēit, ele-  
mosyna au-  
tem manet  
in seculum

poteſt. Ipſo autem vniuerſorum Deo, & non alio, aperte clamante in Euangelij, Quod feciſti vni horum fratrum meorum minimorum, mihi fecisti, contemniſimus Matt. 25. & deſpicimus. Reſipiſcamus: videamus quām sit leue & facile praeceptum. Ex ſuper- uacanciis & inutilibus, & hīc & illīc diſperſis rebus noſtris, clamat, ut regnū calorum comparemuſ, & nolumuſ. O quantum luſgebimur, quandō volentes nihil omnino poterimus.

Sed mihi, inquit, rerum neceſſariarum ne ſatiſ quidē ſuppetit. Quid dicas? Ne frigi- Cap. 13.  
da quidē aqua poculum dare potes petenti? & nec ſermonem quidē benignum? Etiam pau- perimi ut  
Et quonam modo poſſunt hēc eſſe rationi conſentanea? Et pro hiſ, (ō miraculum & poſſunt pra-  
clementiam) fiſtantur pauperibus bono & non nimis curioſo animo, pollicitus eſt itare elec- mosynam.  
Deus ſe eſſe nobis daturum regnum cælorum. Hēc ergō omnia ſcientes, ō dilecti, Matt. 10.  
cum ieiunio iungamus mifericordiam, qua tanquam pennis anima noſtra ē terra in Mifericor-  
calum exſollitur. Etiuſionio quidē nos liberante ab animi perturbationibus, ele- dia ieiunio  
moſyna autem eternam vitam conciliante, nulla in re defiſcentes, ſimil cum Chriſtus iungenda. Mifericor-  
ſto ſponſo ingrediamur. Hēc quidē ſatiſ ſuperque diſta ſunt mifericordibus: duris Matt. 25,  
verò id toruſ ſyllaba quidē eſſe videbitur.

Nos autem martyrem laudemus ijs, quas par eſt, laudibus, & miraculi ſemper re- Cap. 14.  
centem memoriam in nobis circumferentes, glorioſo martyri fideliter exclamemus:  
O splendor martyrum, & decus sanctorum. O verè Dei donum. O custos & inuiſiſ- Inuocat ſan-  
ſime defenſor fidelium, nē obliuſcaris noſtra paupertatis & humilitatis: ſed ſemper tum mar-  
pro nobis intercedere nē te pigeat, o vir in primis admirande: nec nos, qui quotidiē tyrem.  
ab animalium noſtrarum, qui cadi in intelligentiam, Iuliano, nempe qui & tunc &  
nunc eſt author mali, inimico oppugnamur, despicias o vir maximē venerande. Te  
enim etiam post mortē credimus viuere, vt Dominus dixit, dicens: Qui credit in me, Iohann. II.  
etiamſi mortuus fuerit, viuet. Tu autem, qui non ſolū credidisti, ſed etiam pro ipſo  
eſt mortuus, o meritō laudande martyr, in Deo viuis vita, in quam non cadit ſenium, Sancti vi-  
& quæ non terminatur. Vt qui ergo in Chriſto viuas, & ſtes prope eum, redde eum uut in Deo.  
tuis preciuſ proprium tuis familiis: vt per te liberati ab ijs, quæ hīc ſunt, moleſtijſ.  
que illīc ſunt bona, conſequamur gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti:  
Cui gloria & potentia nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

## LIBELLVS ATHANASII EPISCOPI ALEXAN-

DRINI, DE PASSIONE IMAGINIS DOMINI NOSTRI:

Ieſu Chriſti, in Beryto urbe Syriæ crucifix.e: qui in ſeptima Synodo aeu-

menica Actione 4. vnde nos eum deſcripsiſmus, citatur, &amp;

Athanaſio tribuitur: quod non parum facit

ad libelli autoritatem.

**V**EAT E oculos intellectus vestri, nouum hoc ſpectacu- Nouemb. 9.  
lum conſemplamini, inſpicite in Dei immenſum hoc mi-  
raculum, date ei gloriam, illius inexpliſabilem erga ho-  
mines amorem, illiusque diſpenſationis magnitudinem  
conſiderate, lachrymas cum letitia fundite. Apud Deum Apud Deum  
nihil nouum. Deus enim exiſtent, cuncta potest. Quod  
autem in diebus noſtris & noſtri cauſa factum eſt, corda  
omnia quæcumque auident, in stupeſum ducet. Stupuit  
cælum propter talia auſa. Abyssus conturbata nimis eſt,  
Sol, Iuna, & reliqua ſidera obtenebrata ſunt ob tale faci-  
nus. Rursus autem letata ſunt ob id, quod circa ſe Deus  
diſpenſauit. Cunctæ cælorum virtutes, audite, & stupeſcite in eo, quod factum eſt in  
diebus noſtris. Intelligentes, intelligite: inclinate aures veſtras, vt ex corde audiatis.

Berytus ciuitas eſt in finibus Tyri & Sidonis ſita, veſtigialis autē Antiochienſibus. Cap. x.  
In hac ciuitate cum Iudeorum natio frequens eſſet, contigit vt prope ſynagogam, Berytus ci-  
uitas.  
quam illīc ampliabit, quidam e Christianorum numero domiciliū à quo dā  
conduſtum habitaret. Hic ex aduerso lectuli, imaginem Ieſu Chriſti Domini noſtri Antiquissi-  
fixerat, erat hēc ſanè veneranda, quod integrum Chriſti Domini proportionē expri- ma Chriſti  
meret. Contigit autem non ita diu poſt id temporis, Chriſtianō maniſtione aliquanto  
ampliorem querere: neq; id omnino fortuitō factum eſt, ſed ex diuina diſpēſatione,  
quæ

URIUS

OPUS  
IUDICII  
RVIII.

S

<sup>1. Tim. 2.</sup> quæ omnes cupit in agnitionem veritatis venire, & saluos fieri, exhibens miracula his qui illum colunt, & piè in illum credunt; verū in redargutionem diffidētum, confirmationem autem & stabilitum credentibus. Quærebant itaque, ut dicere coperam, Christianus ædes maiores: quas cùm in alio ciuitatis loco inuenisset, è domo, quam prope synagogam habuit, in alteram migravit. Cumq; res suas omnes in eam transfluerent, imaginem tamen illam Domini illic fortè reliquit, obliuione quidem lud, sed ramen diuina dispensatione. Iudeus autem commoditate loci captus, ad eulam illam conduxit, nondum animaduertens eiusmodi imaginem illic affixam: suaque isthuc transferens, aliquandiu illic habitat.

<sup>Christi imago in cuiusdam Iudei domo relata.</sup>

Quodam autem die cùm hic gentilium suorum quosdam in prandium inuitasse, contigit, ut quidam coniuiratum, sublatis oculis, imaginem Christi Domini noli inspicere: moxq; conuersus ad coniuatorem, Tu, inquit, Iudeus cùm sis, qua fronte tandem audes huiuscmodi imaginem domi tuæ habere? Non dicam, hic quo plastrum coniuitorum & maledicta in Dominum Salvatorem effuderit. Coniuator autem leipsum purgare studens, affirmabat etiam sanctè, se huiuscmodi imaginem haec non vidisse: atque ita qui inuitatus erat, tacuit. Postquam autem sufficerebant, ad principes sacerdotum hominem detulit, quod imaginem Salvatoris in eisdem conservaret, Nazaræumque non esse cieceret. Illi vero auditam re, interrogaverunt num id posset approbare. Clamante illo, se posse confirmare quæ diceret, omnes congregati & furore perciti, illo quidem die nihil egérunt: sed manè facto, congregati summi sacerdotes & seniores, cum ingenti hominum eiusdem nationis turba, assumpio simul delatore Iudeo, ad ædes illas, in quibus imago Domini nostri habebatur, ire pergunterunt.

<sup>Cap. 1.</sup> Cùm autem ad eum locum venissent seniores & principes sacerdotum cum ipso simul delatore, irruunt in domum, & confessim imaginem Salvatoris Domini nostri cōtemplati, furore pleni, Iudeum quidem extra synagogam ejiciunt, imaginem vero detrahunt, dicentes: Quemadmodum patres nostri illuserunt ei, ita & nos faciamus. Tunc omnes cooperunt expuere in faciem sanctæ imaginis Christi, colaphisque hinc illinc faciem cædentes, dicebant: Quæcunque designarunt patres nostri in illum, et & nos quoquæ faciamus in illius imaginem. Deinde inquiunt: Audiuvimus quod illuserunt ei patres nostri: faciamus idem hoc & nos quoquæ. Mox talia conuicia euauerunt in Iesu Christi imaginem, quæ nemo sana mēris excogitare posset. Addunt deinde: Audiuvimus patres nostros pedes manusque illius clavis fixisse: quid obsec, quo minus & nos idem tentemus: confessim autem imaginis Domini pedes manusque clavis ferreis forauerunt.

<sup>Mar. 15.</sup> Deinde insano ore clamant: Audiuvimus quod & aceto & felle imbuta spongia illum potauerunt: faciamus & nos similiter, acceptaque spongia aceto plena, ad os imaginis applicuerunt. Rursus aiunt: Notum nobis est, quod & calamo caput illius patres nostri percussert. Fiat id ipsum etiam à nobis pariter. Sumpto igitur calamo, caput Domini cædere coeperunt. Tandem aiunt: Clarum nobis est, quod lancea latus illius pupugerūt, nihil à nobis omittatur. addamus & hoc ipsum, itaque lanceam cuidam porrigentes, insserunt, vt latus imaginis Dominicæ transfigeret. Ex eo autem confessim sanguinis & aquæ riuum emanare cooperunt. Christe, gloria tibi. Incomprehensibilis Domine, gloria tibi. Quis tibi similis Domine? Quis alius prater te Deus, faciens horrenda signa & terribilia, & obstupescenda in cælo & in terra? O admirabilis mediator Dei & hominum, & homousion mundi redemptor ac Salvator, totius bonitatis & pietatis fons & origo. O quætus es Domine Iesu in humilitate, qui cum es es Deus, morticinum nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es pro salute generis humani, quem impij & crudelis paulò minus ab Angelis minororum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt. O quæmagnus es noster Salvator in patientia, qui in tempore tua traditionis, tuo traditori ad te venienti, osculum præbere non renuisti, & seruo Malcho Apostoli gladio abscissam auriculam redintegrasti, quando ad passionis victimam velut ouis mansuetus deducebaris. O quantus es in misericordia Christi, spes vñica mundi, qui cùm in Cruce te ipsum hostiam Deo patri exhibuisses sanctam & immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad patrem: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute & incurvatus, in eadem carne, quam ex Virgine sancta & immaculata assumperas, mortem pertulisti crudelem. Et qui eras in substantia cum patre

<sup>Matt. 26.</sup> Vide quos magistros sequantur Iconomachi.

<sup>Ioā. 19. & 20.</sup> Deinde insono ore clamant: Audiuvimus quod & aceto & felle imbuta spongia illum potauerunt: faciamus & nos similiter, acceptaque spongia aceto plena, ad os imaginis applicuerunt. Rursus aiunt: Notum nobis est, quod & calamo caput illius patres nostri percussert. Fiat id ipsum etiam à nobis pariter. Sumpto igitur calamo, caput Domini cædere coeperunt. Tandem aiunt: Clarum nobis est, quod lancea latus illius pupugerūt, nihil à nobis omittatur. addamus & hoc ipsum, itaque lanceam cuidam porrigentes, insserunt, vt latus imaginis Dominicæ transfigeret. Ex eo autem confessim sanguinis & aquæ riuum emanare cooperunt. Christe, gloria tibi. Incomprehensibilis Domine, gloria tibi. Quis tibi similis Domine? Quis alius prater te Deus, faciens horrenda signa & terribilia, & obstupescenda in cælo & in terra? O admirabilis mediator Dei & hominum, & homousion mundi redemptor ac Salvator, totius bonitatis & pietatis fons & origo. O quætus es Domine Iesu in humilitate, qui cum es es Deus, morticinum nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es pro salute generis humani, quem impij & crudelis paulò minus ab Angelis minororum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt. O quæmagnus es noster Salvator in patientia, qui in tempore tua traditionis, tuo traditori ad te venienti, osculum præbere non renuisti, & seruo Malcho Apostoli gladio abscissam auriculam redintegrasti, quando ad passionis victimam velut ouis mansuetus deducebaris. O quantus es in misericordia Christi, spes vñica mundi, qui cùm in Cruce te ipsum hostiam Deo patri exhibuisses sanctam & immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad patrem: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute & incurvatus, in eadem carne, quam ex Virgine sancta & immaculata assumperas, mortem pertulisti crudelem. Et qui eras in substantia cum patre

<sup>Luc. 22.</sup> Vide stupendum miraculum, in emanatione sanguinis ex latere imaginis Christi.

<sup>Esa. 53.</sup> Ierem. 1. Luc. 23.

\*incarnat legendum puto

patre sanctoque spiritu, vntus & impassibilis existens & inuisibilis, condoluisti huma-  
nam perire naturam. Et ideo in hanc lachrymarum vallem descendens, pro nostris  
erratis & piaculis formam seruilem suscepisti, in qua te permisisti ab iniquis teneri,  
flagellari, ad ultimum verò crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua crucifigeris  
Domine iterum, ad confusione impiorum omnium infidelium, & ad corroborati-  
onem omnium in te credentium. Et ideo tibi omnipotenti Deo vnà cum patre  
spirituque sancto gloria sit per cuncta seculorum secula, decus & fortitudo, virtus  
atque victoria, Amen.

Audite omnes Ecclesiæ filij cetera, quæ postmodum facta ipsius enim mysterij fuit Cap. 5.  
dispensatio. Postquam enim, vt superius dictum est, latus sanctæ imaginis illius aper-  
tum est, continuo exiit sanguinis & aqua. Dixerunt autem principes sacerdotum: Af-  
feratur vas ad locum vulneris, & videamus exitum rei. Qui illicò derulerunt hydram,  
& ad locum vulneris, vnde sanguis & aqua decurrebant, statuerunt. Quæ absque  
villa mors subito repleta est. Dixerunt autem adiunictè: Quoniam susurrans Chri-  
stum colentes, quod signa & inaudita multa fecerit in mundo, quæ nemo alijs agere  
potuit accipiamus hunc sanguinem & aquam hanc, & deferamus ad nostram syna-  
agogam, & congregemus vniuersos, qui se male habent, & ex hoc perungamus eos:  
& si vera sunt, quæ de Christo dicuntur, continuo sanabuntur: sin alijs, ostentui ha-  
beantur à nobis cuncta, quæ à suis sequacibus afferuntur de eo. Hæc dicentes, hydram  
deferrunt ad synagogam, estimantes se Christo Iesu Domino nostro æterni Regis filio  
maximam inferre posse injuriam. Congregauerunt igitur quoescunque repererunt  
languidos, & in conspectu Hebraeorum introducti sunt in synagogam: inter quos qui-  
dam prouecta aetatis erat homo, quem à nativitate sua grauissima possederat corpo-  
ris molestia, quæ Græca locutione ῥαγάνωσι, Latinè vero dissolutio membrorum di-  
citur. Hic dum primum ab eis fuisset perunctus, repente de suo grabato quasi ceruus  
exiliens, ad laudem filii Dei incolmis redditus, ad propria remeauit. Deinde addu-  
centes cæcos nonnullos, loca eorum luminum perungere studuerunt. Qui ipsi statim  
in Christi Iesu nomine discussa cæxitate, post multos annos lumen amissum recipere  
meruerunt. Aegrotantes autem plurimi, ad hoc spectaculum sunt adducti, mani-  
bus post terga reuicti. Cumque & illi fuissent peruncti, miribili virtute Dei vndique  
perfusi, sensu redintegrato pristino, ad propria dum reuertuntur sanissimi, laudes  
Dei omnipotentis filio Iesu Christo Domino Saluatori nostro persoluuntur ab omni  
populo.

Tumultus autem exortus est magnus per totam tandem urbem, concurrentibus  
omnibus propter innumerabilia, quæ siebant, miracula. Et quicunque varijs languo-  
ribus infirmos possebant apud se, illuc eos deducentes perungebant, &  
statim sanitem quam desiderabant, cōsequebantur. Omne autem, ad quoscunque  
peruenire potuit opinio, afferentes infirmos, quos habere poterant in domibus, pa-  
ralyticos, cacos, claudos, surdos, mutos, & leprosos sive aridos, deducebant eos ad  
synagogam Iudeorum, vbi hæc signa siebant diuinitus. Sed quanvis maxima esset hæc  
eadem synagoga, nequaquam tamen recipere poterat superuenientium multitudi-  
nem, infinita enim erant populorū cetera, quæ illuc vndique confluabant propter  
innumerabilia miracula & prodigia, quæ pro sua nimia prolixitate, nè fastidium ge-  
nerent, transgrediendo prætermittuntur. Omnes autem principes sacerdotum & se-  
niiores, & omnis turba ludorum, parvulorum ac maiorum, & mulierum, videntes  
qua facta fuerant, crediderunt in Dominum nostrum Iesum Christum, & dicebant: Iudei pen-  
sio, multi cre-  
dū in Chri-  
stum.  
Esa. 7.  
Gloria tibi sit æterne Deus & omnipotens pater, qui nobis indignis, quanvis sero, re-  
uelasti vincum filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, quem, vt Elia va-  
ticinum cecinit, virgo concepit, & virgo peperit, ac post partum virgo permanxit.  
Gloria tibi sit Christi fili Dei, qui tanta mirabilia nobis misericordi strati. Tibi cre-  
dimus, tu nobis esto propitius, & nos suscipere dignare, quia ex toto corde, & tota  
anima atque virtute ad te configimus. Hec & his similia clamantes dicebant, lachry-  
mas autem amaras emitebant & singultus.

Postquam autem curati sunt cuncti, qui ægritudine detinebantur, occurrit omnis Cap. 4.  
multitudo Iudeorum ad dominum sanctæ ecclesiæ, quæ in eadē urbe erat, vbi & me. Conficitur  
metropolitanum inuenientur. Cuius prouoluti vestigijs, se peccasse, se grauiter deliqui-  
se, magnis vocibus fatebantur. Qui cùm ab ijs perquireret omnem rei gestæ verita-  
tem, sanctam iconam Domini Salvatoris eidem demonstrantes, annunciauerunt  
cuncta,

URIUS

RVIII

5

cuncta, quæ in ea exercuerant: & qualiter ab ictu lanceæ, sanguis & aqua emanauit ex laterc ipsius, necnon & de mirabilibus ab ea ostensis, illi retulerunt per ordinem. Ille verò interrogabat, qualiter icona ipsa ab ijs fuisset reperta, & si ab aliquo eam ceperissent. At illi retulerunt ei, quod quidam Christicola per obliuionem in cellula synagogæ proxima dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubet inquire, & repertus, in præsentia Domini metropolitani statui. Cumque ab eo studiosissime fuisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset, vel à quo tam mirabiliter posita esset, respōdit dicens, quod Nicodemus, qui ad Iesum nō ētē venerat, propriis manibus eam compoſuisset, & moriens Gamaliel tradidisset. Gamaliel autem Doctoris gentium Pauli διδάσκαλος, cùm diem fibi cerneret adesse extreum, Iacobum eam reliquit, & Iacobus Simeoni & Zachæo, & sic per successores temporum in Hierosolyma perdurauit, usquequā subuersio illius urbis patrata est quadragesimo & tertio anno post ascensionem Domini & Salutis ad caelos. Sed biennium antē, quam Titus & Vespasianus eandem subuerterent urbem, admoniti sunt à spiritu sancto fideles atque discipuli Christi, ut relata urbe, ad regnum se transserrent Agrippæ Regis: quia ipse tunc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egressi ab urbe, omnia quæ ad cultum nostræ religionis vel fidic pertinere videbantur, secum auferentes, in has regiones transtulerunt se. Quo tempore etiam icona cum cæteris rebus ecclesiasticis deportata, vñq; hodiē in Syria permanxit, quan ego ipse à parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, iure haereditariori vñq; nunc possedi. Hæc certa & manifesta ratio est de icona sancta Domini Salvatoris, qualiter de Iudea in Syria partes deuenit.

Auditis his sermonibus, reverendissimus metropolitanus valde hilaris redditus, conuersus ad populum Israëliticum, dicebat: Conuertere Israël ad Dominū patrem vniuersorum viuentium, & adora nobiscum eius filium, per quem sunt omnia creata, & spiritum sanctum, qui est viuificator cunctorū viuentium, & illuminator nostrarū animarum, festina debitum absoluere votum. Omnis autem turba stirpis Iudaice, clara voce coepit cantare & dicere: Vnus Deus pater, & ipse ingenitus: Vnus filius, & ipse vngenitus Christus, quem patres nostri crucifixerūt, & nos ipsum agnouimus verum Dominum. Vnus spiritus sanctus, & ab utroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse saluandos. Hæc dicentes, prostrati genibus ipsius, veniam postulabant de suis conseque sceleribus per baptismū remedium. Quos suscipiens beatus antistes cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina erudiuit Christiana. Ad

Iudei bapti ultimum verò catechumenos factos, & triduano peracto ieiunio, ex aqua & spiritu sancto regenerauit eos.

**Cap. 5.** Postquam verò baptismum consecuti sunt, rogabant enixiū sanctum virum, ut synagogam suam ecclesiæ consecaret in honore sancti Salvatoris mundi. Quorum petitionem minimè aspernatus, synagogam illorum, quæ maior esse videbatur, in nomine vngeniti filij Dei redemptoris mundi consecravit. Extunc itaque per diueras orbis terræ nationes & prouincias mos inoleuit, ut basilicas plurimas vel oratoria pontifices Christianæ legis, in honore sancti Salvatoris mundi condere & dedicare non desinant. Nam anteā antiquiores nostri vel maiores hoc peragere minimè presumperunt. Sed ad narrationis nostra ordinari refleclamus articulum.

**for. \* metro politanum prefati viri,** autem \* metropolitanus prefatum virum, ut cæteras synagogas corum in honore quondam martyrum reconciliaret. Iraque & huic petitioni libenter animum accommodauit, & quæ illi suggererunt, Dei iuuamine fretus, cuncta expletu deuotus. Factum est gaudium magnum in ciuitate illa, non solùm de sanitate corporum, quæ emanauerat maxima: sed & de tantis animabus, quæ ab interitu satana ad vitam æternam fuerunt reuocatae.

**Cap. 6.** Venerabilis verò & summus antistes die noctuq; varijs fluctuabat cogitationibus de hydria, quæ Dominicū intra se retinebat cruorem, valde hecitas, quid de eo opportunitum fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto consilio, omnium Ecclesiærum, quæ per orbem terra longe lateque consistebant, in aestimabile atq; profuturum prouidit consolationis remedium. Denique ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus portiones misit singulas de sanguine & aqua, quæ de imagine Domini Salvatoris nostri decurrerunt, quas etiam per Asiam, Aphricam, Europam per suos nuncios dirigens, cuncta quæ apud urbem iam dictam suo tempore contigerant, suis scriptis vel eloquijs manifestissime vniuersis sanctæ Ecclesiæ filijs viriliter declarauit. Hoc insuper ab his

Nota de  
imaginis  
antiquitate  
Ioan. 3.  
Act. 22.

S

DE S. VICTONE VIRDVNENSI EPISCOPO.

241

ab his efflagitans, ut per annos singulos in mense Nouembri, qui apud Hebraeos est nonus, apud nos vero mensis undecimus, uno die ipsius mensis, id est, quinto Idus Nouembri, non minori reverentia, quam natalis Domini vel paschalisi, ista dies præcipua obseruatione colatur.

Hæc est vera & vehementer credula ratio de cruore lateris Domini nostri Salvatoris, qui profluxit de sancta imagine ipsius, qua crucifixus est in Syria, in Beryto dicuitur. Hic est etiam sanguis ille Dominicus, qui apud plerosque repertus esse dicitur. Nec esse aliter estimandum à verè catholicis, præter id quod scribitur à nobis, quasi ex carne & sanguine Christi aliquid possit in mundo inueniri, nisi illud, quod in aera altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. Hæc ergo sciens, amantissimi patres & fratres, accelerauit declarare vobis ad ædificationem animarum vestrarum, ad incremetum vestrae fidei, ut & in hoc scire valeatis, quantum sit virtus & pietas Domini Salvatoris nostri Iesu Christi. Idcirco in fide fortis estote, & congaudete super magna & obstupenda eius miracula, quæ in nostra generatione à Deo sunt patrata. Et date illi gloriam cum latitia gaudentes, & cum nimia compunctione eius maiestati immensas gratias agite, eō quod fidei sua & scientiae dignos vos fecit esse. Ipsi Christo Iesu Salvatori, cum patre sancto que spiritu gloria sit honorque, laus etiam perennis, qui sempiternum atque indiuisum absque initio & fine obtinet imperium.

In VII. Synodo, que est altera Nicena, sequuntur hæc:

**C**onstantinus sanctissimus Episcopus Constantiæ, quæ est in Cypro, dixit: Eccè is, qui ab immortalitate appellationem fortius est, totam hanc sacram congregationem ad compunctionem & lachrymas compulit. Non enim venerandas esse tantummodò imagines sanctorum docuit, sed & maximas quafdam medicandi rationes ab his proficiisci. Tharaeus sanctissimus patriarcha dicit: Sed quispiam dixerit, quamobrem miracula à nostris imaginibus non eduntur? Cui sanè ita cum Apostolo sit responsum: Miracula non credetibus dicitur. Cor. 14. t. Cor. 14. qui in incredulitate versantur. Hi igitur, qui imaginem ita tractabant, infideles erant: quia de causa signum illis datum est à Deo per imaginem, ut ea ratione ad fidem nostram Christianam traherentur. Generatio enim improba March. 12. & adultera signum querit, & signum non dabitur illi.

VITA BREVIS SANCTI VICTONIS VIRDV  
NENSIS EPISCOPI ET CONFESSORIS, VT HABE  
tur in antiquissimo MS. codice Ecclesiæ Traiectensis.

**E**MPORI Clodouci Regis Francorū idem Rēx cū 9. Nouemb. ciuitatem Virdunensem sibi rebellem obsidens subiugasset, defuncto sancto Firmino eiusdem urbis Episcopo, beatum Victonem fama nimis sanctitatis fulgentem, sicut Episcopatus cleri & populi acclamatione Episcopū fieri procurauit. Qui pontifex factus, & sanctissime viuens, multis miraculis & præcipue in leproorum curatione resulst. Inter cetera vero cū quodam tempore serpens mira magnitudinis in quodam specu quod erat in loco ubi nunc vñq. Crux magna lapidea consistit, iuxta viam publicam prope sancti monasterium latitaret, ex cuius statu tam homines quam animalia ibidem transeuntes occidebantur, & incolæ illius terræ sanctum Victonem interpellâsent, ut eos ab huiusmodi interitu liberaret, sanctus post triduanum iejunium omnibus indictum, cum vniuerso populo ad foramen speluncæ perrexit. Cuius aditum cū fuisset ingressus nil cunctatus, serpentem stolam arripiens qua erat induitus, serpentem illum horrificum fortiter alligauit, ingētis manuīque sub diu foras extrahens, spectante populo, dicto citius extinxit: populū & iumenta liberans à morte peftis. Tandem post sancta predicationis & pie- tatis exercititia, & maxima miracula, sanctus Victo, spiritibus Angelicis ei obuiā venientibus & coronam imponentibus, quinto Idus Nouemb. migravit ad Domum Feliciternum. Ad cuius tumbam meritis eius ceci illuminati, dæmoniaci curati, claudi errecti,

URIUS

9. Dec. 1. 1661.  
R VIII.

5

Miracula ad sepulcrum eius. erecti, & leprosi sunt diuina virtute mundati. Tempore etiam quodam cum tantis siccitas & ariditas illam patriam occupasset, ut nulla spes fruges habendi & colligendi superesset, & vniuersus populus lugens & ieiunans saepius corpora sanctorum cum pignoribus eorum circumportassent, siccitatis remedium a Domino posse lando, illa die qua corpus sancti Victorini cum devotione portauerunt, meritis, & creditur, ipsius sancti, codem die dedit Dominus terrae pluvias oportunas, & circa deinceps reddidit fructum suum. Econuerso autem, cum alia nimis tempetas opprimeret terram illam, & populus patrocinium sancti, corpus circumferendo periscent, mox largiente Domino facta est tranquillitas magna super terram.

MARTYRIVM SANCTI ARESTÆ, AVTHORE  
SIMEONE METAPHRASTE, VT HABETVR  
in tomis Aloysij.

Novemb. 9.



Vide gratu-  
itatem maligni  
hominis ma-  
litiem.

M P E R A T O R E Diocletiano, magna quædam persecutio aduersus Christianos commota est. Misit enim ille magistratus suos in omne sibi subiectum Imperium, qui Christianos homines de medio tollerent. Vnusq[ue] tem quidam, nomine Maximus, Imperatorem adiunxit, quem his verbis affatus est: Diuine Imperator, dux nostrorum deorum, & diuinorum, quæ ad illos pertinent, mysteriorum sapientis præceptor, peto a benignitate tua, ut iubeas me partes Cilicia & Cappadocia percurram, ut Christianos maleficos homines affligens, eosq[ue] comprehensos multis & varijs cruciatis subiiciens, igne consumens, & in aquas præcipitans, funditus perdere valeam. Hec cum Diocletianus audiuerisset: Habeas, inquit, potestatem in toto Imperio meo, ad impianum Christianorum superstitionem euertendam: deos autem ipsos omnium dominos, ac totius orbis terrarum adiutores, ubique manifestos esse facias.

Arestes medicus deferatur apud iudicem. Cum Maximus editus ab Imperatore accepisset, multo cum apparatu ac pompa egressus est, tanquam leo, inuenta esca: cumque animu[m] immitem & misericordia omnino expertem haberet, properaret ad urbem, quæ dicitur Tyana. Quo cum venisset, audiuit ab eius yrbis ciuibus, medicum quendam illuc esse, Arestem nomine, qui quo tidie toti ciuitati persuaderet studebat, ut Iesum Christum omnes cole-re vellent, & eius fidem sequi, quem & a parentibus didicisse aiebant, non esse deos alios, nisi unum solum verum Deum ac caelum, eiusque filium Iesum Christum. His auditis, iussit Maximus Arestem ante tribunal sisti, cui sic ait: Quæ nam est meritas ista tua? Non enim parum contra te commotis sumus. Dic igitur liberem tuum, & genus. Tunc sanctus Arestes: Mea, inquit, libertas & fiducia est Iesu Christus, per quem loquendi libertatem consecutus sum: itaque nunc loquar: Christianus ego & sum, & vocor.

Iarem. 10. Tunc Maximus dixit: Quoniam te Christianum appellari dixisti, & Christum Deum esse confessus es, dijs sacrificia priusquam tormenta patiaris. Ad hanc respondit vir ille sanctus: Dij, qui calum & terram non fecerunt, dispereant. Ego enim cum adhuc puer essem, didici sacrificium incruentum Deo viuenti offerre, quem & puro corde adoro: tuos vero adulterinos istos deos, & inanes ac vanas demones, quos tu dicas, non adoro. Tum Maximus: Video te, inquit, astate florentem, prudentem & eruditum multum valere, & medicinae artis honestam ac decoram facultatem possidere. quamobrem habeo rationem tuum, perinde ac si es es filius meus. Agè igitur dicas nobis, quod est nomen tuum, & qualisnam sit cultus parentum tuorum. Tum ille: Si cupis scire nomine meum, velim scias, apud Deum ipsum validè honoratum illud esse. Nanque parentes mei, à quibus, quod ad carnem pertinet, genitus fui, Arestem me nominare, ut scilicet placarem Deo, & hominibus per Domini mei Iesu Christi confessionem, & morborum, quibus humana corpora vexantur, curationem.

Magnam martyris libertatem. Ad hanc Maximus: Stultissime, inquit, & miserrime homo, cur loqueris sic perulantem? Cur te ipsum decipis, cum unum Deum confitearis, & Christum, quem ludasti, ut nefarium & maleficum hominem crucifixerunt? Respondit Arestes: Si magnam

magnam eius, qui crucifixus fuit, potentiam cognosceres, inanum idolorum erat. etiam tuus  
corporis oculis non cernitur, genitus: qui & ipse, ut Deus, corporeo visu non compræ-  
henditur. Hic sponte diuinam naturam cum humana coniunxit, & à pernicioso  
diaboli errore nos liberavit. Ad hæc Maximus: Multis, inquit, verbis & fallacijs nitrur.

Deus corporeis oculis non cernitur.

magnum autem istorum particeps nunquam fuero.

Tum Maximus: Adducite illum ad templum deorum. Templum autem, quod  
dicebat, erat auro & argento exultum, atque idolis refertum. Ad Arestem vero  
conuersus. Sacrifica, inquit, diis ipsis, Areste. Respondit ille: Erras magnoperè, cum  
neficias, quid tibi expediatur: ifi enim dij tui ex ære, ferro, auro & argento confecti  
sunt ad decipiendos homines, nam neque vident, neque audiunt, cum sint opera  
quædam manu facta: neque omnino sibi opem afferre possunt, nullà denique gra-  
tiam referre sciunt. Tum Maximus: Velim, inquit, scire, sacrificiesne, an membra  
tua dissipari iubeam. Respondit Arestes: Putasne istis tuis verbis me perterrefactū  
irrit? Minime hoc futurū speres: sed quam primum fac, quicquid vis: ignoras enim, & fortitudine  
quem præsentem & mihi opitulantem habeo Dominum Iesum Christum. Tunc animi.  
Maximus: Hominem istum virginis cedite, eumq; admonete, nè perget amplius Virginis ced-  
i insaniere. Ille autem cum verberareretur, elatis in celum manibus, ait: Respice, Deus tur-  
meus, è calo, & opitulare seruo tuo. Iussit vero Præses illum tandiū verberari, quo-  
ad milites ipsi vicissim quadragenas plagas singuli infligerent, ita vt funes, lora, &  
nerui consumeretur. Mox vehementius cum cadi iussit, sic vt eius intellista extra-  
dilectatem.

Vide cru-

Cum igitur ita verberatus fuisse: Sacrifica diis ipsis, inquit Præses, & dimittam  
te. Arestes vero nihil respondit. Itaque iratus Præses, iussit obeliscos ignitos fieri,  
& ad eius terga statim adhiberi, vt ea primum comburerentur, deinde aceto acer-  
bissimo & multo sale conspersa tererentur. Tunc martyr ille beatissimus, erectis  
ad celum oculis, ait: Deus, qui Sodomitarum vrbes igne consumpsisti, & Niniu em  
per pœnitentiam conuerlam, tua virtute ad iustitiam traduxisti: da, quæso, mihi Do-  
mine, vt signum aliquod tuum in conspectu meo videam. Fac mecum signum in psal. 85:  
bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur. His dictis, sufflavit in simula-  
cria illa, & statim comminuta sunt, atque in puluerem conuersa. Mox ait Præsidi:  
Et ubinā est potentia deorum tuorum? Nunquid sibi ipsi opem ferre potuerū?  
Cum vero è templo egressus esset, statim ad eis quoquè illa euersa est.

Tunc iussit Præses in carcerem interiorē Arestem detrudi, & carceris custodi  
præcepit, vt neque panem, neque aquam ei daret. Sanctus vero martyr latanti ani-  
mo adiit carcerem, & elatis in celum manibus, has preces emisit: Domine Iesu Chri-  
ste, qui voluisti me ab inuiteate res iustas & honestas edoceri, quiq; omnem ad Dominū  
erroris capitatem atque illecebras à meipso repulisti, qui calum, terram, que-  
que in his continentur, effecisti, qui mare ipsum certo loco constituiisti, & eius bo-  
na humano viui contulisti, qui sanctos tuos Abraham, Isaac, Jacob, ad requiem  
tuam perduxisti: quoso, nè me derelinquis: quoniam totum metibi addixi, ac tra-  
didi: fac, vt particeps siam eorū qui martyrio ante me functi sunt, & hereditatem  
tuam perceperunt: quoniam gloriosum est nomen tuum in secula, Amen.

His precibus ad Deum missis, cum septimum diem in carcere transfigisset, octauo  
die Præses in tribunali sedens, iussit Arestem illuc duci, & in eum intuens: Ne-  
farie, inquit, impie, & deorum inimice, cur ausus es frigida quædam & stulta verba  
loqui? An propter ea id fecisti, quia leniter tecum locutus sum? Agèigitur saltē  
nunc quod æquum est, facias, nisi enim mihi obtemperaueris, diis sacrificans, acer-  
biores cruciarus contra te statim excogitabimus, & pessimis modis vitam tibi au-  
feremus, corpusque istud tuum in aquam projici iubebimus. Ad hæc Arestes: Li-  
ceat omnia tormenta tua huc afferriri: paratus enim sum ea libenter perferre, cùm  
Dominī mei Iesu Christi sigillum in corde meo impressum habeam. Tunc furo-  
reaccensus Præses, iussit clausos, palmi longitudinem singulos habentes, afferri,  
& clausi illis eius talos configi. Cum igitur martyris pedes carnifices configere

URIUS

RVIII  
S

*Nota mīca-* voluissent, pedes illi facti sunt ita duri ac solidi, perindē ac si ferreæ crepide cūlum.

Itaque cūm impius Præses animaduerteret, Arestem nequaquam posse subjicdiabolus in eius mentem coniecit, vt alia quadam machina excogitata, celestrem martyrem interficeret. Præcepit igitur cohorti, vt equum quendam maximè terribilem illuc adducerent, & Arestæ manus catenis constrietas, in illius equi femore illigarent, & animal ipsum vi multa impelleret, vt vita finem quamprimum martyr haberet. Fecerunt carnifices, quod à Præside iussi fuerant, cumque longè ab rebe Tyana quatuor & viginti milliaribus, in equi femore ligatum pertraxerūt. Quo loco spiritum Deo reddidit.

Hoc audito, Præses iussit martyris reliquias in flumen quoddam, Phibum nomine, quod est è regione montis, statim demergi. Eo autem loco viñus est homo quidam adspicere, instar Solis, effulgens: qui cūm sancti martyris reliquias colleguit, in monte, qui est prope urbem Tyanam, eas depositus. Hæc autem cūm præses Maximus fecisset, sancti martyris Arestæ acta misit in urbem Antiochiam ad Imperatorem Diocletianum. Completum fuit Arestæ martyris certamen atque martyrium die nono mensis Nouembri, in Christo Iesu Domino nostro: Cui gloria cedit imperium in secula, Amen.

### VITA SANCTÆ ET SEMPER MEMORANDA THEOCTISTES LESBIAE, EX SIMEONE META- pbraoste, habetur in tomis Aloysij.

Nouēb. ro.  
Cap. 1.

Animum &  
corpus quæ  
confirmēt.


Sermonis  
sue oratio-  
nis magna  
vis.

Vera pietas

1. Cor. 15.

Cap. 2.

2. Reg. 2.



AUDARE quidem ea, que sunt bona, & quæ ad virtutem ducūt & ad pietatem, beatum est, & est bonorum virorum, & qui verè digni sunt laude. Excitant enim auditores encomia, & oratio magis facit æmulari laudes, quād eos, qui sedent in certaminibus, athletarum ammiratio. Etenim animi solent bonis verbis augeri & componi: quomodo corpora moderatis exercitiis. Quanobrèm alios quidem facit oratio erumpere ad fortitudinem & magnanimi virtutem, & veluti à Deo afflos trahere arma manibus, & querere adversarios: alios autem amplecti iustitiam, & laudare æqui diuisionem, & totos ea in re versari, iniustos insectantes: alios amare temperantiam, & vincere voluptates, & magna contentione prostertere libidines. Sunt etiam, quos emulatio facit profiliare ad philosophiā, & eam maximè persequi, quæ verfatur in actione, quæ mores componit, & docet accedere ad Dei imaginem, & ei effici similes, quatenus id humana potest natura cōsequi: despiciere ea, quæ fluant, corpori non parcer, è terra surgere, & ad celum erigi, vbi nostra conuersatio & rotius corporis caput est Christus. Pium enim esse propriè & primò, est Christum colere recte viviendo, & absque villa reprehensione, & sequendo dogmata beatorum Apostolorum & patrum, propter spem vite æternæ & regni. Sic ergo laudes bonorum & encomia fortium virorum excitant auditores ad æmulationem eorum, qui laudantur: quomodo contrà, quæ sunt mala, aures corrumpunt, velut quidam pestis inficiens corpora. Corruimpunt enim, inquit Apostolus, bonos mores praua colloquia.

Sic ergo ego quoquè accessi ad vos, afferens utilitatem, quæ est ex præsenti narratione: quæ proderit multis bonis, & digna erit, quæ mandent memoria, & conscribatur. Nam & Deus glorificabitur, qui glorificat eos, qui ipsum glorificat, quomodo sacra scribunt eloquia: & auditores beatum existimabūt eum, qui illa opera fecerit, & volent æmulari. Beatum enim pronuncia, dicit quidam vir magnus eum, qui est dignus beatitudine, vt sis sicut ipse, proposito beatus, absque certaminibus & laboribus. Verum enim iuxta eos quoquè quos laudamus, studemus æmulari. Quod enim quis laudat, id etiam scilicet desiderat: Quomodo contrà quod odit, ei detrahit & id vituperat. Cum ergo hæc ita se habeant, & oratio ostenderit esse magnam in bonis narrationibus utilitatem, rogo vestram charitatem, ut aucti accommodantes ad præsens argumentum, & cum curis mundanis facientes indu-